



C 6183

1) Desparrisius, Jo.

Pelliss, Jo

2) Pelliss, Jo

3) Perotus, Nicol

frühe lat., franzo.

Grammatik.



2


# RVDIMEN TA PRIMA LATI NAE GRAMMA TICES,

IOANNE PELLISSONE  
CONDRIENSI  
AVTORE.

Modus examinandæ Constructionis in  
oratione, per eundem.



VIRTUTE DVCE,



COMITE FORTVNA.

LVGDVNI APVD SEB.  
GRYPHIVM,  
1538.



# IOANNES PEL

LISSE CONDRIENSIS

Claudio à Turnone bonæ indolis

puero S. P. D.



VANDO res ita tulit claudi generosissima me, ut primis in grammaticis exercitamentis tibi & æqualibus tuis reconcinnandis, denuo nobis repuerascendum fuerit: tua non dubiè magnopere retulerit, te in hæc ipsa omnibus nervis intendere, præsertim quum hoc literarum genus ad ætutulam tuam ita prorsus attemperauerimus, ut in eo præternis nihil uideamur, quod (si modò uelis) & assequi, & fideliter retinere non possis. Adieciimus, quæ ad pietatis elementa percipienda aliquantum collatura nobis uisa sunt. Ab eo enim exordiedum putauimus, quod Christianæ institutioni esset aptissimum, & bonis mentibus utilissimum: non aliò sanè spectantes, quàm ut tu, ceteriq; adolescentuli, iam inde à rudibus annis literarum simul & pietatis uelut succos imbiberetis primos. Libellum tibi dicaui, quo tum industriam in te meam non persuntoriè conferri declararem, qui meæ traditus es curæ ab ornatissimo præfule, & nullo laudum genere non adficiendo domino Viuariensi, abs quo ipso mea hic studia tecum aluntur: tum uerò tibi uelut studij faces incenderem, ad rudimenta Christiano digna, qui tua potissimum causa me ad infima interim demittere grauatus non fuerim. Non dubium est, quin in te culpa omnis hæsuræ sit, si, quum nullum non mouerim lapidem, quò & in literis & in sincera pietate proficeres, tu non pariter adnixus fueris, & huic studio in te meo, & præterea expectationi respondere, quam non concitati paruam, imitandæ Turnoniorum principum inclytæ nobilitatis. Erudiris Lutetiæ; nihil non suppe



3

suppeditat tibi ad istud otium beneficentissimus antistes dominus  
 Vinariensis : nec tibi deest præceptor, quem docti & boni non  
 indoctum, nec malum, nec indiligentem censent. Quot igitur no-  
 minibus pudendum fuerit, si uacuus, & inanis in patriam redie-  
 ris? Non enim causam tu unquam dices, quò minus potueris of-  
 ficiū facere: atque ad id inutile erit omne prætextum. Quare  
 mi Claudī etiam atque etiam uide, ne cū ad optimam frugem  
 abunde tibi suppetant omnia, ipse tibi solus defuisse uidearis.  
 Dominum deum nostrum I E S V M precor, ut spiritum san-  
 ctum suum animo tuo insillet, qui te prouehat semper ad me-  
 liora proficientem, & purum seruet ab omnibus inquinamen-  
 tis. E' Coqueretio. Prid. Calend. Ianua. anno M. D.  
 x x i x.

## AD CANDIDISSI

M V M Q V E N Q V E L V D I

magistrum Ioannis Pellissonis Con-  
 drienſis epistola.



**N**A E uerissimum illud est, optime iuuentutis  
 moderator, quod Terentianus ille Demeca si-  
 gnificat, Si quid est, quod quo modo fiat, &  
 administretur, plurimum referat, nunquā ad  
 id curandum quenquam ita bene subducta ra-  
 tione esse, quin res, ætas, usus, semper aliquid apportet noui, ali-  
 quid moneat, ut illa quæ scire credas, nescias, & quæ tu pu-  
 taris prima, in experiendo repudies. Hoc adeo ex hac re ue-  
 nit in mentem mihi. Nam quæ Progymnasmata in grammati-  
 cen, ante septem plus minus annos, nomine meo sum passus  
 edi, horum omnino me quidem pœnitet: & peccasse fateor, qui  
 tam multa non in loco congeſſerim. Nam cur hoc dissimulem?  
 Non (sic me deus amet) ita sum, ut culpam meam prætexere

A 2 hac



hac parte uelim, etiam si maximè queam. Præstitissem autem  
 qualemcumq; emendatorem, & superantia illa ac redundantia  
 aut planè refecuissem, aut utcunque cohibuissem: nisi fore spe-  
 rassem, ut breui perirent, uti digna erant. Hæc enim sola cogita-  
 tio usq; obstitit, quo minus id operam darem. Sed nunc tandem  
 quum uiderim latius in dies euulgari, impressis toties exemplis  
 Lugduni, ac demum Pictauis & Rhotomagi, iamq; Lutetiæ  
 accingentibus se ad id typographis, non amplius cessandum ra-  
 tus, opus de integro reconcinnaui: quando eò iam id euase-  
 rat, ut in totum abolere non quirem. Bonas horas ferè perdididi,  
 nisi quoad licuit, puerorum studijs inseruiui. Hoc enim eò feci  
 libentius, quòd ne apud Parisiorum quidem Gymnasia, quorum  
 est tanta per uniuersum orbem autoritas, inter erudiendum for-  
 mandumq; adulescentulos ad bonas literas, ab eo uitio cauetur  
 ubique, in quod imprudens emittendis Progymnasmatibus illis  
 incurreram. Vt taceam interim, quòd in multis ordinem & re-  
 ctam docendi rationem desideres, alicubi inepta pleraque de-  
 prehendas. Nam proteruntur quædã & Gallicè & Latine scri-  
 pta Principia (sic enim uocant) quibus, mea certè sententia, in-  
 sulsius illepidiusq; nihil excogitari potest. Tum introductiones  
 grammaticales de constructione partium orationis, scilicet  
 ex eadem fidelia. Vtraque indigna, quibus os tenerum pueri  
 balbumq; figuret præceptor probus & discipulorum profectus  
 cupiens. Adaggeruntur alijs alij grammatici libri, & subinde  
 mutantur: ut propè nesciant pueri, quid potissimum sequi &  
 tenere debeant. Imò ut clauus clauo truditur, ita memoria ex-  
 cidit, quod ex uno aliquo autore traditum est, simulatque di-  
 uersum aut etiam idem, dum diuerso modo, ex altero instilla-  
 tur. Proinde quæ fiat obsecro, ut hac ratione, solida pueris ia-  
 ciantur fundamenta? Diceres unum hoc consilium esse magi-  
 stris quibusdam, ut uagentur per omnes scriptores gramma-  
 ticos, uel in puerilibus regulis: ne cito emergere queat ætacula  
 ad illa



ad illa autorum acroamata, unde certior petitur, & melior dicendi facultas: magno id quidem temporis dispendio, & ingeniorum onere ac fætigatione. Meo iudicio (si quod tamen est) nihil æquè adulescentulos turbat, & eorum captum impedit, quàm multipliciâ, & uaria ceu tenebras illis offundere. Ergo Progymnasmata, seu potius Rudimenta in hanc nunc postremum formam redegi.

PRIMO. Quando puerilis institutio statim à pietate proficisci debet, complexus sum uersiculis paraphrasim in Precationem dominicam, Salutationem angelicam ad uirginem matrem nudam. Duodecim fidei, quos uocant articulos, paraphrasi etiâ explicatos, Decalogi præcepta, Parænesim ad ueram pietatem: hæc ceu prima ad Christianismum exercitamenta.

SECUNDO. Quàm simplicissimè, & breuissimè potui, præscripsi, quæ pueros oportet in numero habere, & in promptu tanquam digitos: Et quasi uiam muniui ad institutiones grāmaticas Ioannis Despauterij. Sunt nudæ orationis partes cum suis accidentijs principalibus: omisso quicquid in Despauterianis libris continetur, ijs, quos in enchiridium contraxi: ne usquam remoraremur discendi cupidos, quo minus statim accederent ad primam illam partem grammatices. Quorsum enim in nomine (ut reliqua omittam) adiecissem species deriuatiuorum (nam ceteras propriorum, appellatiuorum, satis erit, ni fallor, si uiderint prouectiores ubilibet) quorsum, inquam, de differentijs illis deriuatorum mentionem attulissem, cum libro secundo Despauterius fuse tractarit de patronymicis, quarto de cōparatione? præter quæ non uideo, quid negotij sit in alijs, si adsit bonus præceptor. Tum non est illic insistendum. Ad sunt Laurentij Vallæ Elegantiarum præcepta. In quibus multum operæ poniendū, interim dum puerum assuefacis ad optimorum auctorum lectionem: & in primis, Terentij & Ciceronis. Eodem iudicio usus sum in uerbo, & ceteris orationis membris.



TERTIVM LOCVM fortitæ sunt præceptiuncula illæ  
 generales ad structuram Latini sermonis, quibus Syntaxim de-  
 liniauius, quò & sine negotio ad illam maiorem discendam li-  
 terarum candidati adducerentur, & iam possent respondere de  
 toto orationis corpore, quid, cum quo, & quur sic, uel sic cohæ-  
 reat: animaduernerentq; quot, & quæ uoces sententiam absol-  
 uant, & quo pacto singula singulis respondeant in serie ora-  
 tionis. In hoc quoq; feci, ut examen seu diatribe accederet, ubi  
 exigo à discipulo, ut totam periodum distinguat in membra:  
 tum ordine prouocabula enumeret, quæ sententiam perficiant,  
 pariter & rationem reddat de re quaque, ut diximus. Quod  
 dum facimus, simul & uiam indicamus, quam placuisse uideo  
 Prisciano grammaticorum facile principi, & abs qua ne nunc  
 quidem abhorrent exercitatissimi pædotribæ. De his omnibus,  
 quisquis es, candidus puerilium studiorum formator, utêris iudi-  
 cio tuo: & si non displicuerint, pueros, quibus hoc operæ dedi-  
 mus, fines frui. Omnino enim in tua humanitate, & candore po-  
 situm est, ut illi amplectantur, quod ipsis elaborauimus. Vale  
 æternum, & te totum studiosæ pubis usui impende. Parisijs, è  
 Coqueretio. Cal. Ian. anno M. D. XXIX.

## RVDIMENTA AD PIETATEM.

### PARAPHRASIS DOMINICAE PRECATIONIS.



PATER omnipotens totius conditor orbis,  
 Summum quod petimus nocte, dieq; bonum:  
 Perdiderat quondam miseri nos culpa parentis,  
 Atque sibi seruos fecerat arte Satan.

Sed tamen unius meritis & munere CHRISTI

Nos



AD PIETATEM.

27

Nos tua iam soboles, progeniesq; sumus.  
 Ad tua nec temere coelestia regna uocamur,  
 Nec temere noster diceris esse parens.  
 Diceris in coelis habitare, quod omnia quamuis  
 Plena tui, fecis nil tamen huius habes.  
 Imò terrenis nos subuehis undiq; rebus,  
 Cordaq; nostra tuus spiritus intus alit:  
 Vnde animis aspiramus flagentibus istuc,  
 Et desiderio ducimur usq; tui.  
 Si rursus geniti coelo tibi fidimus uni,  
 Nostra precor clemens accipe uota pater.  
 Reddito nos tales, ut quisquis nouerit, inde  
 Cogatur nomen glorificare tuum.  
 Scilicet immaculata tuo sit uita fauore  
 Nostra, sit in rebus mensq; animusq; pijs.  
 Atq; tuam toto queramus pectore laudem,  
 Sit tua, sit noster gloria sola scopus.  
 Adueniatq; illud florens, & amabile regnum,  
 Quo tremat ad uerbum uir, mulierq; tuum.  
 Nos rege, nos in te transforma, quaeso, tuo sit  
 Spiritui noster spiritus unanims.  
 Ac tua quod dicat, uel mandat sancta uoluntas,  
 Vt faciat, quisq; id curet amore tui.  
 Largire, in terra tibi mos pater alme geratur,  
 Non secus ac summi sit regione poli.  
 Inde salutiferis ac spiritualibus escis,  
 Cottidieq; sacro nos ale pane tuo.  
 Panis hic est sermo tuus, est & sacra synaxis:  
 Hinc fac pascamur: post dato quicquid opus.  
 Nostraq; clementer nobis peccata remitte, ut  
 Qui nos offendunt, sponte danus ueniam.  
 Da cum fratre meo mihi sit concordia semper.

A 4

Nec



Nec quenquam offendam, condoleamq; alijs.  
 Tota hæc innumeris agitur uita periclis,  
 Nusquam tentator non struit insidias:  
 Aut ne tentari, aut certè nos ne sine uinci:  
 Hostilis nobis impetus esto bono.  
 Ni tua nos fœdo clementia seruet ab hoste:  
 Cernis, in æternum qui trahet exitium.  
 Nos ergo à technis illius tolle maligni:  
 Afferitoq; tua pro bonitate pater.

SALVTATIO ANGELICA AD VIR-  
 GINEM MATREM.

VIRGO mater aue diuino numine plena,  
 Cœlica quam totam gratia delibuit.  
 Est dominus tecum, cui sic te uirgo dedisti,  
 Vt sit dignatus filius esse tuus.  
 O' felix una ante alias purissima uirgo:  
 Supra fœmineos tu benedicta choros:  
 Atq; tui fructus uentris benedictus IESVS:  
 Felix uirgo tui mater es alma patris.  
 O' felix uenter, felicia uiscera prorsum,  
 Quæis summi templum contigit esse dei.  
 O' MARIA æternam nobis orato salutem:  
 Chara deo miseris tempus in omne faue.

SYMBOLI APOSTOLORVM  
 PARAPHRASIS.

IN TE credo pater, rerum cui summa potestas,  
 Qui sine principio es, qui sine fine deus.  
 Omnium es & deus, & dominus, moderator, & autor,  
 In quo uno ipse meam spemq; fidemq; loco.  
 Conditor es uastæ, parientisq; omnia terræ,  
 Atq; tuæ cœli sunt bonitatis opus.  
 Insisti, pelagus spatiosum cingeret orbem,

Ac passim



Ac passim dulces exorerentur aquæ:  
 Aëra fecisti, & flammis uelocibus ignem:  
 Omnia quæ nostro sunt elementa solo.  
 Tu solo nutu propter nos cuncta creasti:  
 Sic nos ex omni tempore semper amas.  
 Vnum te colimus: nam te pendemus ab uno:  
 Ac tibi, quicumq; est, omnia debet homo.  
 Tu pater es noster, requies tu certa laborum:  
 Te penes est, quicquid maximus orbis habet.  
 Si tu nos pateris desertos esse, perimus.  
 Tu uirtus unus, uita, salusq; hominum.  
 Nulla est humanis prorsum fiducia rebus.  
 In te uno nostram ponimus ergo fidem.  
 Hæc sincera fides, pater optime, maxime, si quis  
 Se tibi committat credulitate pia.  
 In te igitur credo, & confido, certior eius  
 Omnis, quod famulis pollicitare tuis.  
 Inq; tuum natum credo constanter IESVM,  
 Aeternum, æqualem, consimilemq; tibi.  
 Hunc hominem factum seruandis omnibus, atq;  
 Hunc ego credo Deum de genitore Deo.  
 Confiteor CHRISTVM, mundi q; agnosco monarcham,  
 Omnia qui teneat sub ditione sua.  
 Qui sit diuino conceptus numine, natus  
 Intacta è MARIA uirgine uerus homo:  
 Quò nos eterno cœli donaret honore,  
 Purgatos uitij, letiferisq; malis.  
 Quis memoret quantos uoluit perferre labores?  
 Quàm nostra causa dura, & acerba pati?  
 Nostra lubens in se commissa recepit, & insons  
 Tanquam agnus, nobis cuncta ferenda tulit.  
 Heu toties cæsus, toties sua membra ferinis



Iudæis ultro dilaceranda dedit.  
 Passus inauditam, Pilato iudice, mortem,  
 Adfixus sæuæ, probri feræq; cruci:  
 Vnde salutiferum per uulnera quinq; cruorem  
 Fudit, eo pacto crimina nostra luens.  
 Mortuus est nobis: ctenim nos morte redemit:  
 Inq; nouo nobis conditus est tumulto.  
 Interea ut premeret Stygium uirtute tyrannum,  
 Iuit in infernas, tartareasq; domos.  
 Inde triumphator superas emerfit ad auras,  
 Tertius ut primum coepit adesse dies.  
 Coram discipulis tandem super æthera uectus,  
 Ascendit patriam, cœlica regna, domum.  
 Et sedet ad patris dextram, et dominatur Olympo,  
 Cunctaq; iure suo celsa uel ima regit.  
 Idem olim ueniet rursum, quò iudicet omnes,  
 Siue erimus, seu nos fata fuisse uolent.  
 C R E D O in spiritum item sanctum, qui recreat aura  
 Vitali, firma pectora septa fide.  
 Et te sancta Dei credens Ecclesia, quicquid  
 Adstruis, ore lubens, cordeq; confiteor.  
 In te, Christigenæ coeunt ceu corpus in unum,  
 Cuius I E S U M unum credimus esse caput.  
 Hinc est sanctorum unanimis coniunctio, qua nos  
 Ut fratres unit spiritualis amor.  
 In te tum fateor, tum credo piacula solui,  
 Quicunq; ut par est, ad tua sacra uenit.  
 Postremò ut uitæ reddatur mortuus omnis,  
 Spero fore, inq; sua carne resurgat homo:  
 Ac deinceps uitam ducat sine fine perennem:  
 Et capiat factis præmia digna suis.

Decalogi



# AD PIETATEM.

85

## DECALOGI PRAECEPTA.

Vnum agnosce Deum, dominumq; & amando uerere,

Inq; uno tua spes hareat atq; fides.

Ne temere iures, domini irreuerenter habere

Nomen adorandum sit tibi religio.

Sabbata sanctifica: CHRISTI sine spiritus in te

Regnet, & impurum desine carnis opus.

Ex animo patrem & matrem cole, qui tibi praesunt:

Subditus esto libens, iusq; suum tribue.

Ne sis occisor: cuiquam male uelle caueto:

Ne ue nocens ullo sit tua lingua modo.

Ne moechare: uoluptates fuge: castus es: atq;

Ex omni serua parte pudicitiam.

Viue labore tuo: fur ne sis, usq; caueto.

Frater eget, facito, qua potes, ipse iuues.

Candidus & dexter sis: uirtus maxima candor:

Mentire, aut falsum testificare nihil.

Mundiciam cordis summam Deus ecce requirit:

Adfectus discas ut refecare malos.

Ne captes nuptam, nec rem quam scis alienam:

Alterius quidquam concupisse nefas.

Hæc meditanda decem summi præcepta tonantis,

Sunt nobis omni frater amice loco:

Vt piè & ex animo seruemus, ubiq; studentes

Tota immortali mente placere Deo.

## AD CHRISTIANVM TI-

## R VNCVLVM.

Qua sit iter uirtutis, habe puer, idq; teneto,

Si tibi consultum rectius esse uelis.

Desudas multum, quandoq; beatulus ut sis:

Sed tamen in totum proficis ipse nihil.

Danda opera in primis, simul hoc ardentè agendum.

Gratia



Grata sit in cunctis ut tua uita Deo.  
 Huc enitentes Deus optimus adiuvat ultro:  
 Consequiturq; hominum non sine laude fauor.  
 Nil siquidem uel amabilius, uel pulchrius ipsa  
 Virtute: hæc pueros prouehit una bonos.  
 Ipse autem domino placeas, mihi crede, licebit,  
 Atq; inter magnos connumerêre uiros,  
 Semper alexicacum si tu conabere **CHRISTVM**  
 Omni ope, synceris moribus exprimere.  
 Huc igitur mellite puer contendito, quaeso:  
 Vt **CHRISTVM** spires, ut sapias, referas:  
 Hoc est, ut castus sis, purus, & integer omni  
 Ex parte, interius mundus & exterius.  
 Ad communem usum factus, tractabilis, expers  
 Et fuci, atq; doli, nescius inuidie.  
 Vt mitis, patiensq; malorum, sis quoq; simplex  
 In primis: gaudet simplicitate Deus.  
 Semper morigerêre parentibus atq; magistris:  
 Semper & his præstes, quod potes, obsequium.  
 Mundi contemptor, diuinis rebus inhærens,  
 Sed curis animo sordidulis uacuo:  
 Vt breuiter cælo, mundoq; probere: ita demum  
 Diuino expressus munere **CHRISTVS** erit.  
 Optima quæq; statim ac primò discenda: sed ut nil  
 Quàm **CHRISTVM** studio sit didicisse prius.  
 Quem nosse, est æterna, beatq; uita. Tuum ergo  
 Omne fac ut semper spectet in hoc studium.  
 Litterulis incumbere bonis, amplectere linguas:  
 Peruius ut tandem sit tibi sermo Dei.  
 Præq; oculis **CHRISTVM** consuescito semper habere,  
 Scitaq; seruari queis sine nemo queat.  
 Is felix, in quo rudibus grandescit ab annis

Christus



CHRISTVS, & usq; suo nomine cuncta regit.  
 Hæc pueri in summa sanctæ ratio optima uitæ,  
 Quam seruando, Deo proximus esse potes.  
 Allestabit honos famæ diffusus honesta,  
 Hincq; Deo multi nomina sponte dabunt.

# RVDIMENTA

## AD DECLINATIONES.



VOT sunt partes orationis? Octo. Quæ?  
 Nomen, Pronomen, Verbum, Participium,  
 Prepositio, Aduerbum, Interiectio, & Con-  
 iunctio.

NOMEN, est quod declinatur per casus,  
 & significat rem, non agere aliquid, Tout mot en latin qui  
 signifie quelque chose quellequelle soit, uisibile ou inuisibile: &  
 ne signifie point faire aucune chose, mais signifie la chose quelle  
 elle est, & comme elle se nomme. Nomen enim, rerum nomencla-  
 turam continet, Le nom de toutes choses.

PRONOMINA sunt quindecim illa indubitata, adeoq;  
 cognitu facilia, quoniam certo numero consent.

VERBUM, est quod declinatur per modos & tempora sine  
 casu, & significat agere aliquid, Tout mot qui signifie faire  
 quelque chose, comme aimer, enseigner, lire, ouyr, &c. Ex acti-  
 uis facile cognoscuntur passiuæ.

PARTICIPIVM, est quod desinens in ans, ens, tus, sus,  
 xus, rus, dus, declinatione per omnia nomen, significatione uer-  
 bum, à quo descendit, imitatur, Ce quil ressemble le nom adiectif,  
 & est terminé en ans, ens, &c. & tousiours fault quil uienne du  
 uerbe, & signifie comme le uerbe.

PRAEPOSITIONES extra compositionem usu rece-  
 ptae



ptæ, non plures ferè sunt quinquaginta.

ADVERBIVM, quod significatione uerbi explanat, atq; implet. Le mot en Latin qui declare comme, quant, ou combien de fois, &c. la chose se fait. Il escript fort bien, scribit admodum bene, ces deux mots admodum & bene, monstrent comme & en quelle maniere il escript, pource sont ils aduerbes.

INTERIECTIO, uox incondita qua significatur animi affectus, *belas, &c. heu.*

CONIVNCTIONES etiam breui gyro sepiri queunt, scilicet ad quinq; solum potestates redactæ.

Declinantur per numeros, casus, genera, partes orationis casuales, Nomen, Pronomen, Participium.

Numeri sunt duo, Singularis, & Pluralis.

Casus sex: nominatiuus, genitiuus, datiuus, accusatiuus, uocatiuus, ablatiuus.

Quot sunt notæ generum apud Latinos? Tres. Quæ? Hic hæc hoc. Hic cuius generis? Masculini. Hæc? Fœminini. Hoc? Neutri. Hic & hæc? Communis. Hic & hæc & hoc? Omnis. Hic uel hæc? Incerti.

Cur non dixisti articulos nominum? Quia Latini deficiunt in uniuersum articulis præpositiuis.

Quis usus, quæ uis articuli præpositiui? Arguit & discernit genera & casus, atq; in sermone rem certam demonstrat.

In qua lingua hoc licet uidere? Græca præsertim, & Gallica. Ostende in Gallica, *le, ung,* masculini generis. *la, une,* fœminini. *le, ung,* neutri: *ut, Le poète, un homme. la femme, une pucelle. le temple, ung banc.*

### Declina omnes ordine.

Masculino genere. Singulariter nominatiuo *le, ung,* genitiuo *du, dung,* datiuo *a, au, a ung,* accusatiuo *le, ung,* uocatiuo *o, o le.* ablatiuo *du, de, dung, par, par le.* Pluraliter, nominatiuo *les,* genitiuo *des,* datiuo *aux,* accusatiuo *les,* ablatiuo *des, par, par les.*

Fœminino



# AD DECLINATIONES. 15

Fœminino genere. Singulariter nominatiuo la, une, geniti-  
uo de la, dune, datiuo a la, a une, accusatiuo la, une, uocatiuo o,  
o la, ablatiuo de la, dune, par la, par une. Pluraliter, nominatiuo  
les, genitiuo des, datiuo aux, accusatiuo les, uocatiuo o les, abla-  
tiuo des, par les.

Nentro genere. Singulariter nominatiuo le, ung, genitiuo  
du, dung, datiuo au, a ung, accusatiuo le, uocatiuo o le, ablatiuo  
du, de, par le, dung. Pluraliter nominatiuo les, genitiuo des, dati-  
uo aux, accusatiuo les, uocatiuo o les, ablatiuo des, par les, &c.

Declina Poëta Gallicè. Singulariter nominatiuo le Poëte, ge-  
nitiuo du poëte, datiuo au poëte, accusatiuo le poëte, uocatiuo o  
poëte, o le poëte, ablatiuo du poëte, dung poëte, par le poëte,  
si que le poëte. Et pluraliter, nominatiuo les poëtes, genitiuo  
des poëtes, datiuo aux poëtes, accusatiuo les poëtes, uocatiuo  
o poëtes, o les poëtes, ablatiuo des poëtes, par les poëtes, si que  
les poëtes.

Cuius generis? Masculini. Quare? Quia ei præponitur articu-  
lus declinando, le. Ita de alijs. Sed iam ad formulas declinationum  
Latinarum.

## PRIMA NOMINIS DE- CLINATIO.

**P** R I M A declinatio habet quinque terminationes in no-  
minatiuo singulari, a, as, e, es, & am.

Singulariter nominatiuo hic poëta, genitiuo poëte, datiuo <sup>A</sup>  
poëte, accusatiuo poëtam, uocatiuo ô poëta, ablatiuo à poëta.  
Et pluraliter, nominatiuo hi poëte, genitiuo poëtarum, datiuo  
poëtis, accusatiuo poëtas, uocatiuo ô poëte, ablatiuo à poëtis.

Singulariter nominatiuo hic Aeneas, genitiuo Aeneæ, da- <sup>A S</sup>  
tiuio Aeneæ, accusatiuo Aeneam uel Aenean, uocatiuo ô Ae-  
nea, ablatiuo ab Aeneæ. Et pluraliter hi Aeneæ, genitiuo Aeneæ-  
rum, &c.

Singulariter nominatiuo hæc Calliope, genitiuo Calliopes, <sup>B</sup>  
datiuo



datiuo Calliope, accusatiuo Calliopen, uocatiuo ò Calliope, &c.  
Et pluraliter, nominatiuo hæ Calliope, genitiuo Collioparum,  
&c. Vna ex nouem musis.

**ES** Singulariter nominatiuo hic Anchises, genitiuo Anchise, datiuo Anchisæ, accusatiuo Anchisen, uocatiuo ò Anchise, ablatiuo ab Anchise. Et pluraliter nominatiuo hi Anchisæ, genitiuo Anchisarum, &c. Pater Aeneæ.

**AM** Singulariter nominatiuo hic Adam, genitiuo Adæ, datiuo Adæ, accusatiuo Adam, uocatiuo ò Adam, ablatiuo ab Adam. Et pluraliter, nominatiuo hi Adæ, genitiuo Adarum, &c.

### SECVNDA.

**SECVNDA** declinatio octo nominatiui desinentias complectitur: er, ir, ur, um, us, eus, on, & os.

**ER** Singulariter nominatiuo hic aper, genitiuo apri, datiuo apro, accusatiuo aprum, uocatiuo ò aper, ablatiuo ab apro. Et pluraliter, nominatiuo hi apri, genitiuo aprorum uel aprum, datiuo apris, accusatiuo apros, uocatiuo ò apri, ablatiuo ab apris. Sanglier.

**IR** Singulariter nominatiuo hic uir, genitiuo uiri, datiuo uiro, accusatiuo uirum, uocatiuo ò uir, ablatiuo à uiro. Et pluraliter nominatiuo hi uiri, genitiuo uirorum uel uirum, datiuo uiris, accusatiuo uiros, uocatiuo ò uiri, ablatiuo à uiris.

**VR** Singulariter nominatiuo satur satura saturum, genitiuo saturi saturæ sature, datiuo saturo saturæ saturo, accusatiuo saturum saturam saturum, uocatiuo ò satur satura saturum, ablatiuo à saturo satura saturo. Et pluraliter nominatiuo saturi saturæ saturum, genitiuo saturorum saturarum saturorum, datiuo saturis, accusatiuo saturos saturas satura, uocatiuo ò saturi saturæ satura, ablatiuo ò saturis. Saoul.

**VM** Singulariter nominatiuo hoc templum, genitiuo templi, datiuo templo, accusatiuo templum, uocatiuo ò templum, ablatiuo à templo. Et pluraliter nominatiuo hæc templa, genitiuo templorum



plorum, datiuo templis, accusatiuo templa, uocatiuo ò templa, ablatiuo à templis. Leglise.

Singulariter nominatiuo hic dominus, genitiuo domini, datiuo domino, accusatiuo dominum, uocatiuo ò domine, ablatiuo à domino. Et pluraliter nominatiuo hi domini, genitiuo dominorum, datiuo dominis, accusatiuo dominos, uocatiuo ò domini, ablatiuo à dominis. Seigneur.

Singulariter nominatiuo hic Orpheus, genitiuo Orphi, Orphei, uel Orpheos, datiuo Orpheo, accusatiuo Orpheum, Orpheon, et Orpheia, uocatiuo ò Orpheu, ablatiuo ab Orpheo. Et pluraliter nominatiuo hi Orphei, genitiuo Orpheorum, et c. Poëte nomen.

Singulariter nominatiuo hoc Ilion, genitiuo Ilij, datiuo Illo, accusatiuo Ilion, uocatiuo ò Ilion, ablatiuo ab Illo. Regis Troie, Priami regia.

Singulariter nominatiuo hic logos, genitiuo logi, datiuo logo, accusatiuo logon, uocatiuo ò loge et logos, ablatiuo à logon. Et pluraliter nominatiuo hi logi, genitiuo logorum uel logon, et c. Id est, sermo.

## TERTIA.

**T**ERTIA declinatio innumeros serè nominatiui singularis fines ambit.

Singulariter nominatiuo hoc poëma, genitiuo poëmatis, uel poëmatos, datiuo poëmati, accusatiuo poëma, uocatiuo ò poëma, ablatiuo à poëmate. Et pluraliter nominatiuo hæc poëmata, genitiuo poëmatū, uel poëmaton, datiuo poëmatis uel poëmatibus, accusatiuo poëmata, uocatiuo ò poëmata, ablatiuo à poëmatis, uel poëmatibus. Oeuure poëticque.

Singulariter nominatiuo hoc cubile, genitiuo cubilis, datiuo cubili, accusatiuo cubile, uocatiuo ò cubile, ablatiuo à cubili. Et pluraliter nominatiuo hæc cubilia, genitiuo cubilium, datiuo cubilibus, accusatiuo cubilia, uocatiuo ò cubilia, ablatiuo à cubilibus.

B

bilibus.



bilibus. List.

- o Singulariter nominatiuo hic aquilo, genitiuo aquilonis, datiuo aquiloni, accusatiuo aquilonem, uocatiuo ò aquilo, ablatiuo ab aquilone. Et pluraliter nominatiuo hi aquilones, genitiuo aquilonū, datiuo aquilonibus, &c. Ventus Septentrionalis.

Singulariter nominatiuo hic ordo, genitiuo ordinis, datiuo ordini, accusatiuo ordinem, uocatiuo ò ordo, ablatiuo ab ordine. Et pluraliter nominatiuo hi ordines, genitiuo ordinum, datiuo ordinibus, &c. Ordre.

Singulariter nominatiuo hæc caro, genitiuo carnis, datiuo carni, &c. Et pluraliter nominatiuo hæc carnes, genitiuo carnū, &c. Chair.

Singulariter nominatiuo hæc Clio, genitiuo Clius, datiuo Clio, accusatiuo Clio, uocatiuo ò Clio, ablatiuo à Clio. Nomen Muse.

Singulariter nominatiuo hic Anio, genitiuo Anienis, datiuo Anieni, accusatiuo Anienem, uocatiuo ò Anio, ablatiuo ab Aniene: aut hic Anien, Anienis. Fluius.

- c Singulariter nominatiuo hoc lac, genitiuo lactis, datiuo lacti, accusatiuo lac, uocatiuo ò lac, ablatiuo à lacte, sine plurali. Lait.

Singulariter nominatiuo hoc halec, genitiuo halecis, datiuo haleci, accusatiuo halec, uocatiuo ò halec, ablatiuo ab halece, sine plurali: aut hæc alec, alecis, aleci, alecem.

- a l Singulariter nominatiuo hic sal, genitiuo salis, datiuo sali, accusatiuo salem, uocatiuo ò sal, ablatiuo sale. Et pluraliter sales, salibus tantum. Id est, condimentum, Gallicè du sel, & dictum mordax.

Singulariter nominatiuo hoc animal, genitiuo animalis, datiuo animali, accusatiuo animal, uocatiuo ò animal, ablatiuo ab animali. Et pluraliter nominatiuo hæc animalia, genitiuo animalium, datiuo animalibus, accusatiuo animalia, &c. Chose animee.

- e l Singulariter nominatiuo hic Daniel, Danielis, Danieli, Danielē. Singulariter nominatiuo hoc fel, mel: genitiuo fellis, mellis: datiuo felli,



felli, melli, &c. sine plurali. sed mel habet mella, nota sunt.

Singulariter nominatiuo hic mugil, genitiuo mugilis, datiuo I L mugili, accusatiuo mugilem, uocatiuo ò mugil, ablatiuo à mugile. Et pluraliter nominatiuo hi mugiles, genitiuo mugilum, datiuo mugilibus, accusatiuo mugiles, &c. Poisson.

Singulariter nominatiuo hic & hæc uigil, genitiuo uigilis, datiuo uigili, accusatiuo uigilem, uocatiuo ò uigil, ablatiuo à uigile uel uigili. Et pluraliter nominatiuo hi & hæc uigiles, genitiuo uigilum, datiuo uigilibus, &c. Veillant.

Singulariter hic sol, solis, soli, solem, sol, sole. Et pluraliter hi o l soles, & solibus tantum.

Singulariter nominatiuo hic consul, genitiuo consulis, datiuo uo consuli, accusatiuo consulem, uocatiuo ò consul, ablatiuo à consule. Et pluraliter nominatiuo hi consules, genitiuo consulum, datiuo consulibus, &c. Conseillier.

Singulariter nominatiuo Titā, genitiuo Titanis uel Titanos, A N datiuo Titani, accusatiuo Titanem uel Titana, uocatiuo ò Titan, ablatiuo à Titane. Et pluraliter nominatiuo hi Titanes, genitiuo Titanum, datiuo Titanibus, accusatiuo Titanes uel Titanas, uocatiuo ò Titanes, ablatiuo à Titanibus. Id est, Sol.

Singulariter nominatiuo hic ren, genitiuo renis, datiuo reni, E N accusatiuo renem, uocatiuo ò ren, ablatiuo à rene. Et pluraliter nominatiuo hi renes, genitiuo renum, datiuo renibus, accusatiuo renes, &c. Le rounnon.

Singulariter nominatiuo hic pecten, genitiuo pectinis, datiuo pectini, accusatiuo pectinem, uocatiuo ò pecten, ablatiuo à pectine. Et pluraliter nominatiuo hi pectines, genitiuo pectinum, datiuo pectinibus, &c. Pigné.

Singulariter nominatiuo hic delphin, genitiuo delphinis uel I N delphinos, datiuo delphini, accusatiuo delphinem uel delphina, uocatiuo ò delphin, ablatiuo à delphine. Et pluraliter nominatiuo hi delphines, genitiuo delphinum, datiuo delphinibus,

B 2

accusa



accusatiuo delphines uel delphinas, uocatiuo ò delphines, ablatiuo à delphinibus.

**O N** Singulariter nominatiuo hic Helicon, genitiuo Heliconis, datiuo Heliconi, accusatiuo Heliconem uel Heliconā, uocatiuo ò Helicon, ablatiuo ab Helicone. Et pluraliter nominatiuo hi Helicones, genitiuo Heliconum, datiuo Heliconibus, accusatiuo Helicones uel Heliconas, &c. Mont en Beotie.

Singulariter nominatiuo hi Phaëton, genitiuo Phaëtontis, datiuo Phaëtonti, accusatiuo Phaëtontem uel Phaëtontā, uocatiuo ò Phaëton, ablatiuo à Phaëtonte. Et pluraliter nominatiuo hi Phaëtones, genitiuo Phaëtonum, &c. Filz du Soleil.

**S R** Singulariter nominatiuo hic Caesar, genitiuo Caesaris, datiuo Caesari, accusatiuo Caesarē, uocatiuo ò Caesar, ablatiuo à Caesare. Et pluraliter nominatiuo Caesares, genitiuo Caesarum, datiuo Caesaribus, &c. Empereur.

Singulariter nominatiuo hoc calcar, genitiuo calcaris, datiuo calcari, accusatiuo calcar, uocatiuo ò calcar, ablatiuo à calcari. Et pluraliter nominatiuo hæc calcaria, genitiuo calcarium, datiuo calcaribus, accusatiuo calcaria, uocatiuo ò calcaria, ablatiuo à calcaribus. Esperon.

**S R** Singulariter nominatiuo hic anser, genitiuo anseris, datiuo anseri, accusatiuo anserem, uocatiuo ò anser, ablatiuo ab anserē. Et pluraliter nominatiuo hi anseres, genitiuo anserum, datiuo anseribus, &c. Oye.

Singulariter nominatiuo hic imber, genitiuo imbris, datiuo imbri, accusatiuo imbrem, uocatiuo ò imber, ablatiuo ab imbre uel imbri. Et pluraliter nominatiuo hi imbres, genitiuo imbrium, datiuo imbribus, accusatiuo imbres, uel imbris, &c. La pluye.

Singulariter nominatiuo hic pater, genitiuo patris, datiuo patri, accusatiuo patrē, uocatiuo ò pater, ablatiuo à patre. Et pluraliter nominatiuo hi patres, genitiuo patrum, datiuo patribus, &c.

Singulariter nominatiuo hic aer, genitiuo aeris, datiuo aëri, accusa



accusatiuo aërem uel aëra, uocatiuo ò aër, ablatiuo ab aëre, sine plurali. Latr.

Singulariter nominatiuo hic & hæc martyr, genitiuo martyris uel martyros, datiuo martyri, accusatiuo martyre uel martyra, uocatiuo ò martyr, ablatiuo à martyre. Et pluraliter nominatiuo hi & hæc martyres, genitiuo martyrum, datiuo martyribus, accusatiuo martyres uel martyras, uocatiuo ò martyres, &c. Id est, testis. Y R

Singulariter nominatiuo hic amor, genitiuo amoris, datiuo amori, accusatiuo amore, uocatiuo ò amor, ablatiuo ab amore. Et pluraliter nominatiuo hi amores, genitiuo amorum, datiuo amoribus, &c. Amour. O R

Singulariter nominatiuo hic & hæc & hoc discolor, genitiuo discoloris, datiuo discolori, accusatiuo discolorum & discolor, uocatiuo ò discolor, ablatiuo à discolori uel discolori. Et pluraliter nominatiuo hi & hæc discolors & hæc discoloria, genitiuo discolorum, datiuo discoloribus, accusatiuo discolors, discoloris & discoloria, &c. De diuerses couleurs.

Singulariter nominatiuo hic & hæc & hoc memor, genitiuo memoris, datiuo memori, &c. Et pluraliter hi & hæc memores, &c. sine neutro.

Singulariter nominatiuo hic uultur, genitiuo uulturis, datiuo uulturi, accusatiuo uulturem, uocatiuo ò uultur, ablatiuo à uulture. Et pluraliter nominatiuo hi uultures, genitiuo uulturum, datiuo uulturbus, &c. Autour. V R

Singulariter nominatiuo hoc ebur, genitiuo eboris, &c. Et pluraliter nominatiuo hæc ebora, eborum, &c. Yuoire.

Singulariter nominatiuo hic mas, genitiuo maris, datiuo mari, accusatiuo marem, uocatiuo ò mas, ablatiuo à mare. Et pluraliter nominatiuo hi mares, genitiuo marium, &c. A S

Singulariter nominatiuo hic adamas, genitiuo adamantis uel adamantos, datiuo adamanti, accusatiuo adamantem uel adamantam, uocatiuo ò adamas, ablatiuo ab adamante. Et pluraliter

B 3 nomina



nominatiuo hi adamantes, genitiuo adamantū, datiuo adamantibus, accusatiuo adamantes uel adamantas, &c. Adamant.

Singulariter nominatiuo hæc ciuitas, genitiuo ciuitatis, &c. Et pluraliter nominatiuo hæ ciuitates, genitiuo ciuitatum uel ciuitatum, &c. Cité.

Singulariter nominatiuo hæc lampas, genitiuo lampadis uel lampados, datiuo lampadi, accusatiuo lampadem uel lampada, uocatiuo ò lampas uel lampada, ablatiuo à lampade. Et pluraliter nominatiuo hæc lampades, genitiuo lampadum, datiuo lampadibus, accusatiuo lampades, uel lampadas. Clarté.

Singulariter nominatiuo hic & hæc & hoc Arpinas, genitiuo Arpinatis, datiuo Arpinati, accusatiuo Arpinatem & Arpinas, uocatiuo ò Arpinas, ablatiuo ab Arpinate uel Arpinati. Et pluraliter nominatiuo hi & hæ Arpinates & hæc Arpinatias, genitiuo Arpinatium uel Arpinatum, datiuo Arpinatibus, accusatiuo Arpinates uel Arpinatis & Arpinatia, &c. Qui est dune uille D<sup>e</sup> italie nommee Arpinum.

**ES** Singulariter nominatiuo hæc clades, genitiuo cladis, datiuo cladi, accusatiuo cladem, uocatiuo ò clades, ablatiuo à clade. Et pluraliter nominatiuo hæc clades, genitiuo cladium, datiuo cladibus, accusatiuo clades, uel cladis, &c. Occision.

Singulariter nominatiuo hic aries, genitiuo arietis, datiuo arieti, accusatiuo arietem, uocatiuo ò aries, ablatiuo ab ariete. Et pluraliter nominatiuo hi arietes, genitiuo arietum, datiuo arietibus, &c. Mouton.

Singulariter nominatiuo hic lebes, genitiuo lebetis, uel lebetos, datiuo lebeti, accusatiuo lebetem uel lebeta, uocatiuo ò lebes, ablatiuo à lebeta. Et pluraliter nominatiuo hi lebetes, genitiuo lebetum, datiuo lebetibus, accusatiuo lebetes uel lebetas, &c. Chauderon.

Singulariter nominatiuo hic Chremes, genitiuo Chremis, Chremetis, uel Chremetos, datiuo Chremi, uel Chremeti, accusatiuo



fatiuo Chremem, Chremetem, uel Chremeta, uocatiuo ò Chremes, uel Chreme, ablatiuo à Chreme, uel Chremete. Et pluraliter nominatiuo hi Chremes, uel Chremetes, genitiuo Chremium uel Chremetum, &c.

Singulariter nominatiuo hic gurgēs, gurgitis, &c. Et pluraliter hi gurgites, gurgitum, &c. Gouffre.

Singulariter nominatiuo hic & hæc præses, genitiuo præsidis, datiuo præsidi, accusatiuo præsidem, uocatiuo ò præses, ablatiuo à præside. Et pluraliter nominatiuo hi & hæc præsides, genitiuo præsidum, datiuo præsidibus, &c. President.

Singulariter hæc apes uel apis, apis, api, apē, ò apes uel apis, ab ape. Et pluraliter hæ apes, apiū, apibus, &c. Mouche a miel.

Singulariter nominatiuo hic orbis, genitiuo orbis, datiuo orbi, accusatiuo orbem, uocatiuo ò orbis, ablatiuo ab orbe. Et pluraliter nominatiuo hi orbes, genitiuo orbium, datiuo orbibus, accusatiuo orbes uel orbis, &c. Chose ronde.

Singulariter nominatiuo hic panis, genitiuo panis, datiuo pani, accusatiuo panem, uocatiuo ò panis, ablatiuo à pane. Et pluraliter nominatiuo hi panes, genitiuo panum, datiuo panibus, &c. Pain.

Singulariter hic molaris, genitiuo molaris, datiuo molari, accusatiuo molarem, uocatiuo ò molaris, ablatiuo à molari. Et pluraliter nominatiuo hi molares, genitiuo molarium, datiuo molaribus, accusatiuo molares, &c. Dent.

Singulariter nominatiuo hic amnis, genitiuo amnis, datiuo amni, accusatiuo amnem, uocatiuo ò amnis, ablatiuo ab amne uel amni. Et pluraliter nominatiuo hi amnes, genitiuo amnium, datiuo amnibus, accusatiuo amnes uel amnis, &c. Riuere.

Singulariter nominatiuo hic Araris, genitiuo Araris, datiuo Arari, accusatiuo Ararim, uocatiuo ò Araris, ablatiuo ab Arari. La riuere de Saune.

Singulariter nominatiuo hic Tybris, genitiuo Tybridis uel



Tybridos, datiuo Tybridi, accusatiuo Tybrim uel Tybrin, uocatiuo ò Tybri, ablatiuo à Tybri. Fleuue, le Tymbre.

Singulariter nominatiuo hic Alexis, genitiuo Alexidis uel Alexidos, datiuo Alexidi, accusatiuo Alexim uel Alexin, uocatiuo ò Alexi, ablatiuo ab Alexi uel Alexide. Et pluraliter nominatiuo hi Alexides, genitiuo Alexidum, datiuo Alexidibus, accusatiuo Alexides uel Alexidas, &c. Nomen uiri.

Singulariter nominatiuo hic Paris, genitiuo Paris, Paridis, uel Paridos, datiuo Pari uel Paridi, accusatiuo Parim uel Parin, Paridem uel Parida, uocatiuo ò Paris uel Pari, ablatiuo à Pari uel Paride.

Singulariter nominatiuo hic Symois, genitiuo Symoëntis uel Symoëntos, datiuo Symoënti, accusatiuo Symoëntem uel Symoënta, uocatiuo ò Symois, ablatiuo à Symoënte. Fleuue de Troie.

Singulariter nominatiuo hæc febris, genitiuo febris, datiuo febrī, accusatiuo febrem uel febrim, uocatiuo ò febris, ablatiuo à febre uel febrī. Et pluraliter hæc febres, genitiuo februm, datiuo febris, accusatiuo febres uel febris, &c.

Singulariter nominatiuo hæc syrtis, genitiuo syrtidis uel syrtidos, datiuo syrtidi, accusatiuo syrtim uel syrtin, uocatiuo ò syrti, ablatiuo à syrti. Et pluraliter nominatiuo hæc syrtes uel syrtis, genitiuo syrtium, datiuo syrtibus, accusatiuo syrtes uel syrtis, &c. Lieu en la mer perilleux.

Singulariter nominatiuo hæc tigris, genitiuo tigridis, uel tigridos, datiuo tigri uel tigridi, accusatiuo tigrim, uocatiuo ò tigrī, ablatiuo à tigri uel tigride. Et pluraliter nominatiuo hæc tigris uel tigrides, genitiuo tigrum uel tigridum, &c. Animal.

Singulariter nominatiuo hæc syntaxis, genitiuo syntaxis uel syntaxeos, datiuo syntaxi, accusatiuo syntaxim uel syntaxin, uocatiuo ò syntaxis uel syntaxi, ablatiuo à syntaxi. Et pluraliter nominatiuo hæc syntaxes, genitiuo syntaxū uel syntaxeon, &c. Id est, constructio.

Singular



Singulariter nominatiuo hic flos, genitiuo floris, datiuo flo- os  
ri, accusatiuo florem, uocatiuo ò flos, ablatiuo à flore. Et pluraliter nominatiuo hi flores, genitiuo florum, datiuo floribus, &c.  
Fleur.

Singulariter nominatiuo hic & hæc sacerdos, genitiuo sacerdotis, datiuo sacerdoti, accusatiuo sacerdotem, uocatiuo ò sacerdos, ablatiuo à sacerdote. Et pluraliter nominatiuo hi & hæc sacerdotes, genitiuo sacerdotum, datiuo sacerdotibus, &c.

Singulariter nominatiuo hic heros, genitiuo heroïs uel heros, datiuo heroi, accusatiuo heroëm uel heroa, uocatiuo ò heros, ablatiuo ab heroë. Et pluraliter nominatiuo hi heroës, genitiuo heroï, datiuo heroibus, accusatiuo heroës uel herom, &c.  
Homme uailant & digne quon parle de luy a iamais.

Singulariter nominatiuo hoc os, genitiuo oris uel ofis, datiuo ori uel ofi, accusatiuo os, uocatiuo ò os, ablatiuo ab ore uel offe. Et pluraliter nominatiuo hæc ora uel ossa, genitiuo orium uel ofium, datiuo ofibus, &c. Os, oris, bouche: os, ofis, os.

Singulariter nominatiuo hic & hæc bos, genitiuo bouis, datiuo boui, accusatiuo bouem, ablatiuo à boue. Et pluraliter nominatiuo boues, genitiuo bouum, datiuo bobus uel bubus, &c.

Singulariter nominatiuo hic mus, genitiuo muris, datiuo mu- vs  
ri, accusatiuo murem, uocatiuo ò mus, ablatiuo à mure. Et pluraliter nominatiuo hi mures, genitiuo murium, datiuo muribus, accusatiuo mures uel muris, &c. Rats, foris.

Singulariter nominatiuo hic Oedipus, genitiuo Oedipodis uel Oedipodos, datiuo Oedipodi, accusatiuo Oedipodem uel Oedipoda, uocatiuo ò Oedipu, ablatiuo ab Oedipode. Et pluraliter nominatiuo hi Oedipodes, genitiuo Oedipodum, datiuo Oedipodibus, accusatiuo Oedipodes uel Oedipodas.

Singulariter nominatiuo hæc palus, genitiuo paludis, datiuo paludi, accusatiuo paludem, uocatiuo ò palus, ablatiuo à palude. Et pluraliter nominatiuo hæc paludes, genitiuo palu-

B s dum,



dum, &c. Mareſt, & boue.

Singulariter nominatiuo hæc uirtus, genitiuo uirtutis, datiuo uirtuti, accusatiuo uirtutem, uocatiuo ò uirtus, ablatiuo à uirtute. Et pluraliter nominatiuo hæ uirtutes, genitiuo uirtutū, &c.

Singulariter nominatiuo hæc Venus, genitiuo Veneris, datiuo Veneri, accusatiuo Venerem, uocatiuo ò Venus, ablatiuo à Venere. Et pluraliter nominatiuo hæ Veneres, genitiuo Venerum, &c.

Hic & hæc ſus, ſuis, hi & hæ ſues, ſuum, &c.

Singulariter nominatiuo hæc Amathus, genitiuo Amathuntis uel Amathuntos, datiuo Amathunti, accusatiuo Amathuntem uel Amathunta, uocatiuo ò Amathus, ablatiuo ab Amathunte. Cité de Cypre.

Singulariter nominatiuo hoc crus, genitiuo cruris, datiuo cruri, accusatiuo crus, uocatiuo ò crus, ablatiuo à crure. Et pluraliter nominatiuo hæc crura, genitiuo crurum, &c. Hoc ius, iuris, hæc iura, iurium, &c.

Singulariter nominatiuo hoc tempus, genitiuo temporis, datiuo tempori, accusatiuo tempus, uocatiuo ò tempus, ablatiuo à tempore. Et pluraliter nominatiuo hæc tempora, genitiuo temporum, datiuo temporibus, &c.

**A E S** Singulariter nominatiuo hic præſ, genitiuo prædis, datiuo prædi, accusatiuo prædem, uocatiuo ò præſ, ablatiuo à præde. Et pluraliter hi prædes, genitiuo prædum, datiuo prædibus, &c. Pleige, fiançe. Hoc æs, æris, æri, æs, ò æs, ab ære, æra tantum.

**A V S** Singulariter nominatiuo hæc laus, genitiuo laudis, datiuo laudi, accusatiuo laudem, uocatiuo ò laus, ablatiuo à laude. Et pluraliter nominatiuo hæc laudes, genitiuo laudum, &c.

**A B S** Singulariter nominatiuo hic Arabs, genitiuo Arabis, datiuo Arabi, accusatiuo Arabem, uocatiuo ò Arabs, ablatiuo ab Arabe. Et pluraliter nominatiuo hi Arabes, genitiuo Arabum, datiuo Arabibus, &c. Homme Darabic.

Singula



Singulariter nominatiuo hæc plebs, genitiuo plebis, datiuo **E B S** plebi, accusatiuo plebem, uocatiuo ò plebs, ablatiuo à plebe, sine plurali. Vilior pars populi.

Singulariter nominatiuo hic libis, genitiuo libis, datiuo **I B S** libi, accusatiuo libem, uocatiuo ò libis, ablatiuo à libe. Et pluraliter nominatiuo libes, genitiuo libium, datiuo libibus, &c. Vent D'aphrique.

Singulariter nominatiuo hæc scobs, genitiuo scobis, datiuo **O B S** scobi, accusatiuo scobem, &c. Et pluraliter nominatiuo hæ scobes, genitiuo scobium, &c. Minutissimum quiddam cadens forando uel secando, Comme de Brefil.

Singulariter nominatiuo hæc urbs, genitiuo urbis, datiuo **U R B S** bi, &c. Et pluraliter nominatiuo hæ urbes, genitiuo urbium, datiuo urbibus, accusatiuo urbes, uel urbis, &c. Lieu clos de murs.

Singulariter nominatiuo hæc puls, genitiuo pultis, datiuo **V L S** pulti, accusatiuo pultem, &c. Et pluraliter nominatiuo hæ pultes, genitiuo pultium, datiuo pultibus, accusatiuo pultes uel pultis, &c. Cibus quidam.

Singulariter nominatiuo hæc hyems, genitiuo hyemis, datiuo hyemi, &c. Et pluraliter nominatiuo hæ hyemes, genitiuo hyemum, datiuo hyemibus, accusatiuo hyemes, &c. Hyuer.

Singulariter nominatiuo hic quadrans, genitiuo quadrantis, **A N S** datiuo quadranti, accusatiuo quadrantem, uocatiuo ò quadrās, ablatiuo à quadrante. Et pluraliter nominatiuo hi quadrantes, genitiuo quadrantium uel quadrantum, datiuo quadrantibus, accusatiuo quadrantes uel quadrātis, &c. Le pois de troys onces.

Singulariter nominatiuo hic & hæc parens, genitiuo **P A E N S** rentis, datiuo parenti, accusatiuo parentem, uocatiuo ò parens, ablatiuo à parente. Et pluraliter nominatiuo hi & hæ parentes, genitiuo parentum, datiuo parentibus, accusatiuo parentes, &c. Pere & mere.

Singulariter nominatiuo hic Tyrins, genitiuo Tyrintis uel **I N S** Tyrintos



- Tyrintos**, datiuo Tyrinti, accusatiuo Tyrintem uel Tyrinta, uocatiuo ò Tyrins, ablatiuo à Tyrinte. Sic pro fluuiio : sed pro urbe, est foemininum.
- ONS** Singulariter nominatiuo hic fons, genitiuo fontis, &c. Et pluraliter nominatiuo hi fontes, genitiuo fontium, &c. Fontaine.
- VNS** Singulariter nominatiuo Aruns, genitiuo Aruntis, datiuo Arunti, accusatiuo Aruntem, &c. Proprium hominis.
- APS** Singulariter nominatiuo lelaps, genitiuo lelapis, datiuo lelapī, accusatiuo lelapem uel lelapa, uocatiuo ò lelaps, ablatiuo à lelapē. Et pluraliter nominatiuo hi lelapēs, genitiuo lelapum, datiuo lelapibus, accusatiuo lelapēs uel lelapas. Nom de chien, apud Ouidium.
- EPS** Singulariter nominatiuo hic & hæc municeps, genitiuo municipis, datiuo municipi, &c. Et pluraliter nominatiuo hi & hæ municipes, genitiuo municipum, &c. Citoien.
- IPS** Singulariter nominatiuo hæc stipis, genitiuo stipis, datiuo stipi, accusatiuo stipē, &c. Et pluraliter nominatiuo hæc stipēs, genitiuo stipium, &c. Denier.
- OPS** Singulariter nominatiuo hic cyclops, genitiuo cyclopis, datiuo cyclopi, accusatiuo cyclopē uel cyclopa, &c. Et pluraliter nominatiuo hi cyclopes, genitiuo cyclopum, datiuo cyclopibus, accusatiuo cyclopes uel cyclopas. Gygas unoculus.
- IRPS** Stirps stirpis, &c. Stirpes, stirpium, stirpibus, &c. Progenies. Pro trunco, incerti generis est.
- ARS** Singulariter nominatiuo hæc pars, genitiuo partis, datiuo parti, accusatiuo partem, uocatiuo ò pars, ablatiuo à parte. Et pluraliter nominatiuo hæc partes, genitiuo partium, datiuo partibus, &c. Partie.
- ERS** Singulariter nominatiuo hic & hæc & hoc solers, genitiuo solertis, &c. Et pluraliter nominatiuo hi & hæc solertes, & hæc solertia, genitiuo solertium. Ingenieux.
- ORS** Singulariter nominatiuo hic & hæc & hoc concors, genitiuo



tiuo concordis, datiuo concordi, accusatiuo concordem & concors, uocatiuo ò concors, ablatiuo à concorde uel concordi. Et pluraliter nominatiuo hi & hæ concordēs & hæc concordia, genitiuo concordium, &c. Concordant.

Singulariter nominatiuo hic thorax, genitiuo thoracis, datiuo thoraci, accusatiuo thoracem uel thoraca, uocatiuo ò thorax, ablatiuo à thorace. Et pluraliter nominatiuo hi thoraces, genitiuo thoracum, datiuo thoracibus, accusatiuo thoraces uel thoracas, &c. Poitrine, & cuirasse.

Singulariter nominatiuo hic ueruex, genitiuo ueruecis, &c. Et pluraliter nominatiuo hi uerueces, genitiuo ueruecum, &c. Mouton chastré.

Singulariter nominatiuo hic apex, genitiuo apicis, datiuo apici, accusatiuo apicem, &c. Et pluraliter nominatiuo hi apices, genitiuo apicum, datiuo apicibus, &c. Le sommet de quelque chose.

Singulariter nominatiuo hic fornix, genitiuo fornicis, datiuo fornici, &c. Et pluraliter nominatiuo hi fornices, genitiuo fornicum, datiuo fornicibus, &c. Larc de la porte ou de la uoulte.

Singulariter nominatiuo hæc uox, genitiuo uocis, datiuo uoci, &c. Et pluraliter nominatiuo hæc uoces, genitiuo uocum, &c. Voix.

Singulariter nominatiuo hæc nux, genitiuo nucis, datiuo nuci, &c. Et pluraliter nominatiuo hæc nuces, genitiuo nucū, &c. Tout fruit ayant l'escorce dure.

Singulariter nominatiuo hæc falx, genitiuo falcis, &c. Et pluraliter nominatiuo hæc falces, genitiuo falcium, &c. Faucille.

Singulariter nominatiuo hæc lanx, genitiuo lancis, &c. Et pluraliter nominatiuo hæc lances, genitiuo lancium, &c. Escuelle large & ronde.

Hæc phalanx, phalangis uel phalangos. Compagnie de gens d'armes.

Singu



**INX** Singulariter nominatiuo hæc sphinx, genitiuo sphingis uel sphingos, datiuo sphingi, accusatiuo sphingem uel sphingæ, &c. Et pluraliter nominatiuo hæ sphinges, genitiuo sphingum, datiuo sphingibus, accusatiuo sphinges uel phingas. Est quoddam monstrum.

**VNX** Singulariter nominatiuo hic quicunx, genitiuo quicuncis, &c. Et pluraliter nominatiuo hi quicunces, genitiuo quicuncium, &c. Le pois de cinq onces.

Singulariter nominatiuo hic & hæc coniux, genitiuo coniugis, &c. Et pluraliter nominatiuo hi & hæ coniuges, genitiuo coniugum, &c. Le mary & la femme.

**ARX** Singulariter nominatiuo hæc arx, genitiuo arcis, &c. Et pluraliter nominatiuo hæ arces, genitiuo arcium, accusatiuo arces uel arcis, &c. Chasteau, fortresse.

**BRX** Singulariter nominatiuo hæc merx, genitiuo mercis, &c. Et pluraliter nominatiuo hæ merces, genitiuo mercium, &c. Marchandise.

#### ADIECTIVORVM INFLEXVS.

**A** Diectiua nomina aut sunt primæ & secundæ declinationis: aut sunt tertiæ: quia per quartam & quintam nullum adiectiuum declinatur. Quæ sunt primæ & secundæ declinationis, declinantur per tres diuersas uoces absq; notis generum: & primam positionem mittunt in us, uel in er: ut,

Singulariter nominatiuo bonus, bona bonum, genitiuo boni bonæ boni, datiuo bono bonæ bono, accusatiuo bonum bonam bonum, uocatiuo ò bone bona bonum, ablatiuo à bono bona bono. Et pluraliter nominatiuo boni bonæ bona, genitiuo bonorum bonarum bonorum, datiuo bonis, accusatiuo bonos bonas bona, uocatiuo ò boni bonæ bona, ablatiuo à bonis.

Singulariter nominatiuo tener tenera tenerum, genitiuo teneri teneræ teneri, datiuo tenero teneræ tenero, accusatiuo tenerum tenerâ tenerum, uocatiuo ò tener tenera tenerum, ablatiuo



tiuo à tenero tenera tenero. Et pluraliter nominatiuo teneri tenera tenera, genitiuo tenerorum tenerarum tenerorum, datiuo teneris, accusatiuo teneros teneras tenera, uocatiuo ò teneri tenera tenera, ablatiuo à teneris.

Adiectiua tertia declinationis tribus modis uariantur. Primo per tres notas generis & unam terminationem: ut, hic & hæc & hoc prudens. Secundo per tres notas generis & duas definitias: ut, hic & hæc breuis & hoc breue. Tertio per tres notas generis & tres positiones: ut, hic acer hæc acris & hoc acre.

Optatiuo modo, tempore praesenti & praeterito imperfecto & perfecto ac plusquamperfecto, utinam meminisset, meminisses. Et pluraliter, utinam meminissetis, &c.

Subiunctiuo modo, tempore praesenti, & praeterito perfecto, singulariter, cum meminere meminere, &c. Praeterito imperfecto & plusquamperfecto, singulariter, cum meminere meminere, &c. Futuro indicatiui, & subiunctiuui, singulariter, cum meminere meminere, &c.

Infinitiuo modo, tempore praesenti & praeterito imperfecto, perfecto & plusquamperfecto, meminere. Ceteris caret.

Sic Cæpi, Noui, Pepigi, Odi: sed sine imperatiuo.

Imperfo



IMPERSONALE ACTI-  
VAE VOCIS.

**I**NDICATIO modo, tempore praesenti, oportet, il fault. Praesentis imperfecto, oportebat, il falloit. Praeterito perfecto, oportuit, il a fallu. Praeterito plusquamperfecto, oportuerat, il auoit fallu. Futuro, oportebit, il fauldra.

IMPERATIO modo, tempore praesenti, oporteat, quon face quil faille.

OPTATIO modo, tempore praesenti & praeterito imperfecto, utinam oporteret, a la mienne uolunte que il fallust. Praeterito perfecto & plusquamperfecto, utinam oportuisset, a la mienne uolunte que il eust fallu. Futuro, utinam oporteat, a la mienne uolunte que il faille.

SUBIUNCTIO modo, tempore praesenti, cum oporteat, ueu que il fault, ou comme ainsi soit quil faille. Praeterito imperfecto, cum oporteret, ueu que il falloit, ou comme ainsi soit quil fallust. Praeterito perfecto, cum oportuerit, ueu que il a fallu. Praeterito plusquamperfecto, cum oportuisset, ueu quil auoit fallu, ou comme ainsi soit que il eust fallu. Futuro, cum oportuerit, quant il aura fallu.

INFINITIO modo, tempore praesenti, & praeterito imperfecto. oportere, falloir. Praeterito perfecto & plusquamperfecto, oportuisse, auoir fallu.

IMPERSONALE PASSIVAE VOCIS.

**I**NDICATIO modo, tempore praesenti, amatur, on aime. Praesentis imperfecto, amabatur, on aimoit. Praeterito perfecto, amatum est uel fuit, on a aime. Praeterito plusquamperfecto, amatum erat uel fuerat, on auoit aime. Futuro, amabitur, on aimera.

IMPERATIO modo, tempore praesenti, ad secundam & tertiam personam, ametur, quon face quon aime. Futuro, amator, quon face que on aime le temps aduenir.

OPTATIO



Optatiuo modo, tempore presenti, & praterito imperfecto, utinam amaretur, a la mienne uolunte que on aimast. Praterito perfecto, & plusquamperfecto, utinam amatum esset uel fuisset, a la mienne uolunte que on eust aimé. Futuro, utinam ametur, a la mienne uolunte que on aime.

Subiunctiuo modo, tempore presenti, cum ametur, uen, ou comme ainsi soit que on aime. Praterito imperfecto, cum amaretur, uen que on aimoit, ou comme ainsi soit que on aimast. Praterito perfecto, cum amatum sit uel fuerit, comme ainsi soit quon ait aime. Praterito plusquamperfecto, cum amatum esset uel fuisset, comme ainsi soit que on eusse, ou uen que on auoit aime. Futuro cum amatum erit uel fuerit, quant on aura aime.

Infinitiuo modo, tempore presenti & praterito imperfecto, sine numeris & personis, amari, que on aime: Quū uideam amari, uen que ie uois que on aime. Praterito perfecto & plusquamperfecto, amatum esse uel fuisse, que on a aimé. Futuro, amatum iri, que on aimera.

### Contingit.

**I**ndicatiuo modo, tempore presenti, contingit. Praterito imperfecto, continebat. Praterito perfecto, contigit. Praterito plusquamperfecto, contigerat. Futuro, continget.

Imperatiuo modo, tempore presenti, contingat, sine futuro.

Optatiuo modo, tempore presenti & praterito imperfecto, utinam contingeret. Praterito perfecto & plusquamperfecto, utinam contigisset. Futuro, utinam contingat.

Subiunctiuo modo, tempore presenti, cum contingat. Praterito imperfecto, cum contingeret. Praterito perfecto, cum contigerit. Praterito plusquamperfecto, cum contigisset. Futuro, cum contigerit.

Infinitiuo modo, tempore presenti, contingere. Praterito perfecto & plusquamperfecto, contigisse. Ceteris caret.

Itur



Itur.

**I**NDICATIO modo, tempore praesenti, itur, ibatur, itum est uel fuit, itum erat uel fuerat, ibitur.

Imperatiuo, eatur, tantum.

Optatiuo, utinam iretur, itum esset uel fuisset, eatur.

Subiunctiuo, cum eatur, iretur, itum sit uel fuerit, itum esset uel fuisset, itum erit uel fuerit.

Infinitiuo, iri, itum esse uel fuisse, itum iri, &c.

## DE OCTO PAR

TIBVS ORATIONIS.

DE LITERIS.



**Q**UOT sunt literae, quibus Latini utuntur? Viginti duae. Quae? a, b, c, d, e, f, g, i, k, l, m, n, o, p, q, r, s, t, u, x, y, z.

Quotuplices sunt literae? Duplices. Quomodo? Vocales & Consonantes.

Quot sunt uocales? Quinque. Quae? a, e, i, o, u, & una Graeca y psilon.

Quot sunt consonantes? Sedecim, reliquae à uocalibus, b, c, d, f, g, k, l, m, n, p, q, r, s, t, x, z.

Quotuplices sunt consonantes? Duplices. Quomodo? Mutae & semiuocales.

Quot sunt mutae? Nouem, b, c, d, f, g, k, p, q, t.

Quot sunt semiuocales? Septem, l, m, n, r, s, x, z.

Quotuplices sunt semiuocales? Duplices. Quomodo? Liquidae & duplae.

Quot sunt liquidae? Duae, l, & r.

Quot sunt duplae? Duae, x, & z.

Quot sunt diphthongi? Quatuor. Quae? ae, oe, au, eu: & in nonnullis à Graeca. Vt Aeneas, coena, audio, euge, tras.

Partes



**P**artes orationis quot sunt? Octo. Quæ? Nomen, Pronomen, Verbum, Participium, Præpositio, Aduerbum, Interiectio, & Coniunctio.

Quot ex his declinantur? Quatuor. Quæ? Nomen, Pronomen, Verbum, & Participium.

Quot non declinantur? Quatuor etiam. Quæ? Præpositio, Aduerbum, Interiectio, & Coniunctio.

Ex his quæ declinantur, quot sunt principales? Duæ. Quæ? Nomen & Verbum.

Quot casuales? Tres. Quæ? Nomen, Pronomen, & Participium.

## NOMEN.

**N**omen quid est? Pars orationis, quæ declinata casibus, propriè, communiter uel corpus aut rem significat.

Quotuplex est nomen? Duplex. Quomodo? Substantiuum, & adiectiuum.

Quod est nomen substantiuum? Quod adiectiuo substat, & declinatur per unam generis notam tantum, aut per duas ad summum, ut hic uir, hæc femina, hoc mancipium, hic & hæc sacerdos.

Quod est nomen adiectiuum? Quod substantiuo adiicitur, sine quo non consistit in oratione, & declinatur per tres generis notas, uel per tres diuersas uoces sine notis generum, ut hic & hæc & hoc felix, bonus bona bonum.

Nomini quot accidunt? Sex. Quæ? Qualitas, species, genus, numerus, figura, casus, cum declinatione.

Quot sunt qualitates nominum? Duæ. Quæ? Propria & appellatiua. Propria, quæ uni tantum conuenit, ut Vergilius. Appellatiua, quæ pluribus, ut poëta.

Quot sunt uniuersim species nominum? Duæ. Quæ? Primitiua, & deriuatiua. Primitiua, quæ non aliunde deriuatur, ut poëta, Deriuatiua, quæ aliunde deriuatur, ut poëticus.

Genera nominum quot sunt? Septem. Quæ? Masculinum, femininum



ninum, neutrum, commune, omne, promiscuum, & incertum. Masculinum, quod declinatur cum hic, ut hic poeta. Femininum, quod declinatur cum hæc, ut hæc poetria. Neutrum, quod declinatur cum hoc, ut hoc poëma. Commune quod declinatur cum hic & hæc, ut hic & hæc sacerdos, hic & hæc conuiua. Omne, quod declinatur cum hic & hæc & hoc, ut hic & hæc & hoc felix, ex pers. Promiscuum, quod sub una generis nota marem & feminam significat, ut hic olor, hæc aquila. Incertum, quod declinatur cum hic uel hæc, ut hic uel hæc finis, hic uel hæc cortex.

Numeri nominum quot sunt? Duo. Singularis & pluralis. Poëta, utrius est numeri, singularis ne an pluralis? Singularis. Quid ita? Quia singulariter declinatur. Poëtarum? Pluralis, quia pluraliter declinatur.

Figure nominum quot sunt? Duæ. Quæ? Simplex & composita. Simplex, quæ non potest diuidi in partes significatiuas, & prioris sensus capaces, ut animus. Composita, quæ potest diuidi in partes significatiuas, & prioris sensus capaces, ut magnanimus, ex magnus & animus.

Casus nominum quot sunt? Sex. Qui? Nominatiuus, genitiuus, datiuus, accusatiuus, uocatiuus, & ablatiuus.

Qui casus dicuntur recti? Nominatiuus & uocatiuus. Qui obliqui? Genitiuus, datiuus, accusatiuus, & ablatiuus.

Poëta cuius casus est? Nominatiui, seu uocatiui, seu ablatiui. Quia in his casibus declinando reperitur, & per eorum articulum Gallicè interpretatur, ut Poëta, le poete, o le poete, du poete, & deuers le poete.

Poëta cuius casus? Genitiui, uel datiui, singulari numero: aut nominatiui seu uocatiui, plurali numero: hoc uel Gallico articulo indicante: ut Poëta, du poete, genitiui. Poëta, au poete, datiui est casus, singularis numeri. Poëta, les poetes, nominatiui casus, pluralis numeri, o Poëta, o les poetes, uocatiui eiusdem numeri.

Quot



Quot sunt declinationes nominum? Quinq; Quæ? Prima, secunda, tertia, quarta, & quinta.

Prima, cuius genitiuus singularis desinit in æ, diphthongum, ut poëta, poëtæ.

Secunda, cuius genitiuus singularis desinit in i, ut dominus, domini.

Tertia, cuius genitiuus singularis desinit in is, ut pater, patris.

Quarta, cuius genitiuus singularis desinit in us, ut uisus, uisus.

Quinta, cuius genitiuus singularis desinit in ei, ut res, rei.

## PRONOMEN.

**P**ronomen quid est? Pars orationis quæ declinata casibus, pro nomine proprio cuiusque accipitur, personasq; finitas recipit.

Quot sunt pronomina indubitata? Quindecim. Quæ? Ego, tu, sui, ille, ipse, iste, hic, is, meus, tuus, suus, noster, uester, nostras, uestras.

Pronomini quot accidunt? Sex. Quæ? Species, genus, numerus, figura, persona, casus, cum declinatione.

Species pronominum quot sunt? Duæ, similiter ac nominum: Primitiua, ut ego; deriuatiua, ut meus.

Quot sunt pronomina primitiue speciei? Octo. Quæ? Ego, tu, sui, ille, ipse, iste, hic, & is.

Quot sunt pronomina deriuatiue speciei? Septē. Quæ? Meus, tuus, suus, noster, uester, nostras, uestras.

Vnde hæc deriuantur? A' genitiuis trium primitiuorum ego, tu, sui. Quomodo? A' genitiuo mei uel mis, deriuatur meus meum. A' genitiuo tui uel tis, tuus. A' genitiuo sui uel sis, suus. A' genitiuo nostrum uel nostri, noster & nostras. A' genitiuo uestrum uel uestri, uester & uestras.

Quot sunt genera pronominum? Quatuor. Quæ? Masculinum, ut ille; Fœmininum, ut illa; Neutrum, ut illud; Omne, ut ego, nostras.



Ille cur est generis masculini? Quia nomini generis masculini applicatur, ut ille puer. Ego, quare est omnis? Quia nominibus cuiusq; generis applicatur, ut ego uir, ego mulier, ego mancipium, ego conuiuia, ego felix. Nostras, cur est omnis generis? Quia cum hic & hæc & hoc declinatur: ut hic & hæc & hoc nostras, hic & hæc & hoc uestras.

Numeri pronominum quot sunt? Duo. Singularis, ut ego; Pluralis, ut nos.

Figure pronominum quot sunt? Duæ. Simplex, ut is, ego; Composita, ut idem, egomet.

Quot sunt pronomina simplicia? Omnia illa quindecim.

Quot sunt personæ pronominum? Tres. Quæ? Prima, quæ significat rem de se loquentem, ut ego. Secunda, quæ significat rem, ad quã dirigitur sermo, ut tu. Tertia, quæ significat rem, de qua sermo habetur, ut ille.

Quot sunt pronomina primæ personæ? Vnum. Quod? Ego.

Quot sunt secundæ? Vnum. Quod? Tu, cum uocatiuis à meus, noster, & nostras.

Quot sunt tertiæ? Reliqua omnia. Nam regula est:

Omnia nomina, pronomina, & participia sunt tertiæ personæ: exceptis ego, quod est primæ: tu, quod est secundæ: & omni uocatiuo, qui semper est secundæ personæ.

Casus pronominum quot sunt? Sex. Qui? Nominatiuus, ut meus, genitiuus, ut mei: datiuus, ut meo: accusatiuus, ut meū: uocatiuus, ut ò mi: ablatiuus, ut à meo. Carent tamen uocatiuo omnia pronomina, præterquàm tu, meus, noster, & nostras. Caret etiam nominatiuo & uocatiuo sui.

Declinationes pronominum quot sunt? Quatuor. Quæ? Prima, cuius genitiuus singularis definit in i, ut ego mei, tu tui. Secunda, cuius genitiuus singularis definit in ius, syllabam, uel in ius, diuisas syllabas: ut hic huius, ille illius. Tertia, cuius genitiuus singularis definit in i, æ, i, ut meus mea meum, mei meæ



mea mei. Quarta, cuius genitiuus singularis definit in atis, ut nostras nostratis.

Quot sunt pronomina primæ declinationis? Tria. Quæ? Ego, tu, sui. Quot sunt secundæ? Quinque. Quæ? Ille, iste, ipse, hic, & is.

Quot nomina declinantur per secundam declinationem pronominis? Octo. Quæ? Vnus, ullus, solus, alter, alius, totus, quis, uter, cum suis compositis.

Quot sunt pronomina tertiæ declinationis? Quinque. Quæ? Meus, tuus, suus, noster, & uester.

Quot sunt quartæ? Duo. Quæ? Nostras, & uestras.

## VERBVM.

**V**ERBVM quid est? Pars orationis, quæ declinata modis & temporibus, aliquid agere, aut pati, aut neutrum significat.

Quotuplex est uerbum? Duplex. Personale & impersonale.

Quod est uerbum personale? Quod habet certos numeros & personas, ut singulariter, amo, amas, amat. Et pluraliter, amamus, amatis, amant.

Quod est impersonale? Quod nec numeros nec personas habet certas, ut oportet, il faul, amatur, on aime.

Quotuplex est uerbum impersonale? Duplex: Actiue uocis, & passiue uocis.

Quod est impersonale actiue uocis? Quod definit in t, & dicitur Gallicè per il, ut oportet, il faul.

Quod est impersonale passiue uocis? Quod definit in tur, & dicitur Gallicè per on, ut amatur, on aime.

Quot accidunt uerbo? Octo. Quæ? Genus, modus, tempus, numerus, persona, species, figura, coniugatio.

Quot sunt genera uerborum? Quinq. Quæ? Actiuum, passiuum, neutrum, deponens, commune.

Quod est uerbum actiuum? Quod desinens in o, facit ex se

E z pasi



passivum in or, ut amo, amor.

Passivum, quod desinens in or, fit ab actiuo, ut amor ab amo.

Neutrum, quod desinens in o, non facit ex se passivum in or, ut sto, curro: non enim dicimus, stor, curror.

Deponens, quod desinens in or, nec descendens ab actiuo, habet actiui significationem, ut loquor, ie parle: nascor, ie nés.

Commune, quod desinens in or, nec descendens ab actiuo, habet actiui et passiui significationem, ut ueneror, ie honore, et suis honoré.

Quot sunt modi uerborum? Quinq;. Qui? Indicatiuus, imperatiuus, optatiuus, subiunctiuus, et infinitiuus.

Indicatiuus, quo quid agitur, indicamus: ut amo.

Imperatiuus, quo ut aliquid fiat, imperamus, ut ama.

Optatiuus, quo aliquid fieri optamus, ut utinam amarem.

Subiunctiuus, qui, ut absoluat sententiam, alterum sibi subiungit uerbum: ut, si legeris, audiam.

Infinitiuus, qui nec numerum nec personam definit, cum una uoce utrunq; complectatur, et eget aliquo aliorum modorum, ut aliquid determinatum significet: ut, cupio legere.

Quot sunt tempora uerborum? Quinq;. Quae? Praesens, praeteritum imperfectum, praeteritum perfectum, praeteritum plusquamperfectum, et futurum.

Praesens, quod re nunc esse, uellgeri significat, ut amo, ie aime.

Praeteritum imperfectum, quod rem fuisse quidem inceptam, sed nondum tamen perfectam significat, ut amabam, ie aimoye.

Praeteritum perfectum, quod rem factam esse, et omnino absolutam significat, ut amavi, iay aime.

Praeteritum plusquamperfectum, quod respectu praeteriti imperfecti perfecti ue, rem longè praeterisse significat, ut amauerā, iauoye aime.

Futurum, quod rem futuram, aut in futurum gerendam significat, et quasi promittit, ut amabo, iaimeray.

Numi



Numeri uerborum quot sunt? Duo. Singularis, qui de uno loquitur, ut amo: Pluralis, qui de pluribus, ut amamus.

Personæ uerborum quot sunt? Tres. Quæ? Prima ut amo, secunda ut amas, tertia ut amat.

Amo, cur est primæ personæ? Quia tribuitur rei de se loquenti.

Amas, cur est secundæ? Quia tribuitur rei, ad quā dirigitur sermo.

Amat, cur est tertiæ? Quia tribuitur rei, de qua fit sermo.

Quot sunt species uerborum? Duæ. Primitiua, ut ferueo: Deriuatiua, ut feruesco.

Quot sunt figuræ uerborum? Duæ. Simplex, ut amo: Composita, ut peramo.

Coniugationes uerborum quot sunt? Quatuor.

Prima, quæ terminat secundam personam singularem presentis temporis indicatiui modi, as, syllaba producta, in uoce actiua: & aris, uel are, producta penultima in uoce passiua, ut amo amas, letor letaris uel letare.

Secunda, quæ secundam personam singularem presentis temporis indicatiui modi terminat es, syllaba producta, in uoce actiua: & eris, uel ere, producta penultima in uoce passiua, ut doceo doces, medeor mederis uel medere.

Tertia, quæ secundam personam singularem presentis temporis indicatiui modi terminat is, syllaba correpta in uoce actiua: & eris, uel ere, correpta penultima in uoce passiua, ut lego legis, loquor loqueris uel loquere.

Quarta, quæ secundam personam singularem presentis temporis indicatiui modi terminat is, syllaba producta in uoce actiua: & iris, uel ire, producta penultima in uoce passiua, ut audio audis, largior largiris uel largire.

## PARTICIPIVM.

**P**articipium quid est? Pars orationis quæ declinatione per omnia nomen, temporibus & significatione, citra modum & personarum discrimen uerbum, à quo descendit, imitatur.



Participio quot accidunt? Sex. Quæ? Tempus, significatio, genus, numerus, figura, casus, cum declinatione.

Quot sunt tempora participiorum? Quinque. Præsens & præteritum imperfectum simul: præteritum perfectum & plusquamperfectum simul: & futurum per se.

Quæ participia sunt præsentis & præteriti imperfecti temporis? Quæcunq; exeunt in ans, uel in ens, ut amans, legens.

Quæ participia sunt præteriti perfecti & plusquamperfecti temporis? Quæcunq; exeunt in tus, uel sus, uel xus, ut amatus, uisus, nexus.

Quæ participia sunt futuri temporis? Quæcunq; exeunt in rus uel dus, ut amaturus, amandus.

Quot sunt significationes participiorum? Totidem quot sunt uerborum. Actiua, ut amans. Passiua, ut amatus. Neutra, ut sedens, profectus. Quæ participia sunt actiue significationis? Omnia in ans, & in ens: item in rus, à uerbis actiuis, ut amans, legens, amaturus, lecturus: à neutris actionem significantibus, ut seruiens, seruiturus: à uerbis deponentibus, ut loquens, loquutus: & à uerbis communibus, ut criminans, criminaturus.

Quæ participia sunt passiue significationis? Omnia à uerbis passiuis, ut amatus, amandus: à neutris passionem significantibus, ut uapulans, uapulaturus: à deponentibus quæcunq; futuri in dus, reperiuntur, ut loquendus, sequendus: à communibus in tus, & in xus, item in dus, ut ueneratus, uenerandus, amplexus, amplectendus.

Quæ sunt participia actiue & passiue significationis? Omnia in tus, uel xus, à uerbis communibus, ut criminatus, qui accusauit, & accusatus est. Nonnunquam & à uerbis deponentibus, ut comitatus, pro eo qui deduxerit, & pro eo qui deductus est, sic imitatus, & quædam alia.

Quæ sunt participia neutre significationis? Quæcunq; dicuntur à uerbis omnino neutre significationis, siue o, siue or finit



finitis, ut sedens, sessurus, proficiens, profectus, profecturus.

Quot tempora participij trahuntur à uerbo actiuo? Duo.  
Quæ: præsens in ans, uel in ens, ut amans, uel legens: & futurum in rus, ut amaturus, lecturus.

Quot tempora participij trahuntur à uerbo passiuo? Duo.  
Quæ: Præteritū in tus, uel in sus, uel in xus, ut amatus, lesus, nexus: & futurum in dus, ut amandus, legendus.

Quot tēpora participij trahūtur à uerbo neutro? Duo. Quæ?  
Præsens in ans, uel in ens, ut stans, currens: & futurum in rus, ut staturus, sessurus.

Quot tēpora participij trahuntur à uerbo deponenti? Tria.  
Quæ: Præsens in ans, uel in ens, ut piscans, loquens: præteritum in tus, uel sus, ut loquutus, orsus: & futurum in rus, ut piscaturus, loquuturus. Sed huic accedit nonnunquam alterum futurum in dus, ut loquendus, imitandus.

Quot tempora participij trahuntur à uerbo communi? Quatuor. Duo ex actiua significatione. Præsens in ans, uel in ens, ut criminans, largiens, futurum in rus, ut criminaturus, largiturus. Vnum ex passiua significatione, futurum in dus, ut criminandus, hortandus. Vnum ex utraq; præteritum in tus, uel xus, ut criminatus, amplexus.

Genera participiorum quot sunt? Tria. Masculinum, ut amatus: fœmininum, ut amata: neutrum, ut amatum.

Amatus cur est masculini generis? Quia est prima uox adiectiui.

Amata cur est fœminini generis? Quia est secunda uox adiectiui.

Numeri participiorū quot sunt? Duo, singularis, & pluralis.

Amans utrius est numeri? Singularis. Quare? Quia singulariter declinatur.

Figure participiorum quot sunt? Duæ. Simplex, ut amans, legens: Composita, ut adamans, negligens.

Casus participiorum quot sunt? Sex. Nominatiuus, ut amans: genitiuus, ut amātis: datiuus, ut amāti: accusatiuus, ut amantem:



uocatiuus, ut ò amans: ablatiuus, ut ab amante uel amanti.

Quot sunt declinationes participiorum? Tres. Quæ? Prima & secunda simul, ut amatus amata amatum, amati amatae amati. Tertia, per se: ut amans amantis. Nam omnia participia præteriti & futuri temporis, sequuntur primam & secundam nominis declinationem. Præsentis uerò temporis omnia sequuntur tertiam. Atque hæc declinantur per tres generis notas, ut hic & hæc & hoc amans. Illa per tres diuersas uoces sine generum notis, ut amatus amata amatum, amaturus amatura amaturum, amandus amanda amandum. Nempe omne participium propriè est adiectiuum.

## P R A E P O S I T I O.

**P**raepositio quid est? Pars orationis indeclinabilis, quæ alijs partibus orationis præponitur, aut per appositionem, aut per compositionem.

Præpositioni quot accidunt? Vnum. Quod? Seruire casibus. Et hoc est, præpositionem alijs partibus orationis præponi per appositionem.

Quot casibus seruit præpositio? Duobus. Quibus? Accusatiuo, & ablatiuo.

Quæ seruiunt accusatiuo? Ad, aduersus, aduersum, contra, erga, cis, citra, ultra, trans, circiter, circû, circa, extra, intra, inter, ob, propter, penes, apud, per, secus, ante, post, pone, super, supra, infra, prope, iuxta, procui, secundum, uersus, uersum, usque.

Quæ seruiunt ablatiuo? A, ab, abs, absq;, cum, coram, clam, de, è, ex, pro, præ, palam, sine, absq;, tenus.

Sunt ne quæ utrique casui præseruiant? Sunt. Quæ? In, sub, super, & subter.

Quid est præpositionem alijs partibus orationis præponi per compositionem? Præpositionem cû alijs partibus orationis componi, ut adduco, pertingo.

Ergo omnis præpositio nunc apponitur casui suo, nunc adheret.



hæret composito. Minimè uerò: sed quædam hoc possunt, ut ad, per, præter. Quædam semper habent casum suum, nec ullo modo componi possunt, ut apud, & penes. Quædam semper sunt in compositione, & nusquam in appositione: ut sunt hæ, di, dis, re, se, am, con: ut, diduco, distraho, recipio, semoueo, ambio, congredivor.

## ADVERBIVM.

**A**dverbium quid est? Pars orationis indeclinabilis, quum nominum, tum uerbo uelut circumstantiam adiiciens.

Circumstantia est, ut quando, ubi, quantum, qualiter, quomodo, & huiusmodi: ut, semper honoratus, heri letus, hodie tristis, ubiq; puer, nusquam uir, parum uehemens, multum grauis, elegantè doctus, egregiè candidus, scripsit aliquando, passim se iactat, plurimum ualet, satis scio, pulchrè loquitur.

Aduerbio quot accidunt? Tria. Quæ? Significatio, species, & figura.

Quot sunt significationes aduerbiorum? Ferè innumerae, ut in tanta circumstantiarum uarietate, temporis, loci, quantitatis, & cæterarum.

Da temporis, ut quando, heri, hodie, cras, pridie, postridie, quandiu, tantisper, paulisper, aliquantisper, quoties, sæpe, raro, subinde, nunquam, quousq; hætenus.

Da loci, ut hic, illic, inibi, nusquam, passim, ubiq; intus, foris.

Da quantitatis, ut parum, minimè, maximè, summum, longissimè, omnino, plurimum, satis, tantum, quantum, aliquantum.

Da numeri, ut semel, bis, ter, quater, quinquies.

Da ordinis, ut primò, deinde, dehinc, deinceps, postremò, deum, deniq; tandem.

Da qualitatis, ut doctè, pulchrè, sciè, appositè, fortiter, bene, malè.

Da interrogandi, ut quur, quare, quamobrem, quapropter, quid ita, quin pro quur non.

E 3

Da de



Da dubitandi, ut forsā, forsitan, fortassis, & fortasse.

Da separandi, ut seorsum, priuatim, speciatim, egregiè, nominatim.

Da cōgregandi, ut simul, unā, pariter, uniuerſim, coniunctim.

Da uocandi, ut ò, heus.

Da negandi, ut non, haud, nequaquam.

Prohibitium est, ne.

De affirmatiuè respondendi, etiam, certè, nā, sic, ita, quidnī.

Da confirmandi, ut profectò, sanè, planè, nempe, utique, nimirum.

Da iurandi, ut hercle, pol, ædepol, mediūsfidius.

Da eligendi, ut potius, satius, potissimum, imò.

Da hortandi, ut eia, agè, agite.

Da optandi, ut utinam, ò, osi.

Da demonstrandi, ut en, ecce.

Da comparandi, ut magis, minus, maximè, minimum.

Da similitudinis, ut quasi, ceu, tanquam, ut, uti, uelut, ueluti, sicut, sicuti.

Da euentus, ut fortè, fortuitò, forte fortuna.

Da intendendi, ut ualde, magnopere, impense, longè, prorsus, omnino.

Da remittendi, ut sensim, paulatim, uix, egrè, penè, ferè, temere pro ferè.

Species aduerbiorū quot sunt? Duæ. Primitiua, ut sæpe, clām. Deriuatiua, ut sapicule, clanculum.

Figure aduerbiorum quot sunt? Duæ. Simplex, ut diu. Composita, ut interdiu.

#### INTERIECTIO.

**I**nteriectio quid est? Pars orationis indeclinabilis, mentis affectum uoce incondita significans.

Interiectioni quot accidunt? Vnū tantū. Quod? Significatio.

Significationes interiectionū quot sunt? Complures. Ostende.

Admiran



Admirantis, ut papæ.	Exultantis, ut euax.
Dolentis, ut heu, hei, hoi, ah.	Blandientis, ut amábo, sôdes.
Ex improviso aliquid deprehendentis, ut atat.	
Vitantis, ut apagesis.	Laudantis, ut euge.
Exclamantis, ut prô, ô.	Execrantis, ut uæ, uah.
Irascentis, ut nefas, malum, infandum.	
Minantis, ut ueh.	Vocantis, ut ehodum.
Silentium iniungentis, ut au, si, st.	

## CONIUNCTIO.

**C**oniunctio quid est? Pars orationis indeclinabilis, adnectēs  
ordinansq; orationis partes & sententias.

Coniunctioni quot accidunt? Tria. Quæ? Potestas, ordo, &  
figura.

Potestas coniunctionis quot species habet? Sex. Quas? Copu-  
latiuam, disiunctiuam, aduersatiuam, expletiuam, causalem, &  
collectiuam.

Da copulatiuas, ut, &, que, atq;, ac etiam, simul, quum, tum.

Da disiunctiuas, ut, aut, uel, ue, nec, neq;, siue, seu.

Da aduersatiuas, ut, at, sed, cæterum, uerò, porrò, atqui, tamen,  
ueruntamen, licet, quanquam, quamuis, etsi, etiamsi, tametsi, sal-  
tem.

Da expletiuas, ut quidem, equidem, sedenim, atenim, enimue-  
ro, autem.

Da causales, ut nam, nãq;, enim, etenim, quia, quòd pro quia,  
quoniam, quando, quandoquidem, si, siquidem, nisi, ni, propter-  
ea, quòd, quippe, utpote, siquidem, quin, quinetiam, sin, præse-  
tim, alioqui, quatenus, præterea.

Da collectiuas, ut ergo, ideo, igitur, itaq;, idcirco, quare, quã-  
obrem, quocirca, proinde, ideoq;.

Quot sunt ordines cōiunctionum? Tres. Qui? Præpositiuus,  
subiunctiuus, & communis.

Quæ sunt coniunctiones præpositiui ordinis? Et, ac, atque,  
at, ast,



76 DE CONSTRUCTIONE.

at, ast, aut, neq; nec, si, quin, quatenus, sin, seu, siue, nisi, ni.

Quæ sunt coniunctiones subiunctiui ordinis? Quæ, ne, ue, quidem, quoq; autem, uero.

Quæ sunt communis? Ferè reliquæ, ut equidem, igitur, tamen, ergo, &c.

Quot sunt figure coniunctionum? Duæ. Simplex, ut nam: Composita, ut nanque.

DISTICHON.

Sunt leuia. at rudibus prodesse utcunq; uolebam.

Quid morer, his saltem dum nihil obfuerim?

DE CONSTRUCTIONE OCTO PARTIVM ORATIONIS.



ACTENVS de singulis partibus orationis extra complexum: nunc de iisdem coniunctis: id est, de ipsa oratione, quærendum uide tur.

Igitur ex his partibus, quænam est orationis faciundæ ratio? Per Syntaxin.

DE SYNTAXI.

Quid est Syntaxis? Orationis partium quasi structura quedam, & inoffensa copulatio, ad explicandam aliquam animi conceptionem, hoc est, ad formandam atque edendam orationem.

Quid est inoffensa? Id est, recta & congruens, ac sine uitio, & in qua nusquam impactum sit in peccatum.

Vnde figuratum est nomen Syntaxis? A secunda persona singularis præteriti perfecti indicatiui, uerbi passiui συντάττω, id est, coordinor; est enim illic συντάττω, unde σύνταξις, id est,



id est, coordinatio.

Omnes ne orationis partes necesse est simul ordinari & construui, ut istud opus exadificetur, hoc est, ut struatur, & fiat oratio? Duas quidem semper, Nomen & Verbum, quæ ob eam causam principes loquendi partes sunt, quod in huiusmodi constructione sententiam uel sola absoluant. Reliquas non item semper adesse oportet: sed tantum ubi significandarum rerum series id postulat. Nam ut sensus in animo dicturi, aut dicentis erit: ita hæc ad nomen & uerbum alias plures, alias pauciores adiungentur, quò sensum illum eadem uel impleant, uel expressius declarent: uel quò etiam dictionem ipsam, ac loquendi formam lepidius exornent: alioqui ad sermonem prorsus inutiles futurae, absque superiorum nominis & uerbi sensui accommodato complexu.

Quod hic sermonem dicis, non id etiam uocas orationem? Verò.

Id ergo quid est? Quæuis rerum series dictione explicata.

Quam mihi dictionem narras? Illum ipsum, de quo dixi, rectum & congruentem uocum, seu uerborum contextum, quo certus de re aliqua animi sensus idoneè profertur, atque enuntiatur.

Istum ipsum uocum còtextum, non ne iam Syntaxin, seu orationis constructionem appellasti? Prorsus.

Dic igitur, Syntaxis, seu partium orationis coordinatio, seu mauis orationis contextus & series, hoc est, Orationis constructio, quot & quibus rebus constat? Duabus, Congruentia, & Exactione.

## DE CONGRUENTIA.

Quid est Congruentia? Declinabilium orationis partium in aliquot accidentibus, certus inter ipsas consensus.

Quot partium est is consensus? Duarum earundem illarum principalium, nominis, & uerbi.

In quot



In quot accidentibus est? Quatuor: Numero, Casu, Genere, Persona.

## DE CONGRVENTIA NOMINIS.

Et nominis congruentia qui cum est? Cum altero nomine, sed bipartita est. Est enim congruentia Adiectiui cum substantiuo, & Relatiui cum antecedente.

DE CONGRVENTIA ADIECTIVI  
ET SVBSTANTIVI.

Adiectiuum cum substantiuo in quot accidentibus cōsentire debet? In tribus. In quibus? Numero, casu, genere; ut, uir bonus, uxor casta, mancipium uile.

## DE CONGRVENTIA RELATIVI.

Relatiuum cum antecedente in quot accidentibus concordare debet? In tribus. In quibus? In numero, genere, & persona. ut,  
Vrbem quam dicunt Romam Melibœe putau  
Huic nostræ similem.

## DE RELATIVIS.

Quid est Relatiuum? Quod refert & repetit antecedens.

Quid est antecedens? Id sine cuius intellectu non consistit relatiuum: ut, Deus omnia condidit, & idem omnia subiecit homini. Quid enim esset illud, Idem, nisi subaudieris, Deus: ut sit, Idem, scilicet Deus?

Quotuplex est Relatiuum? Duplex. Quomodo? Substantiæ, & Accidentis.

Quod est Relatiuū substantiæ? Quod refert antecedens substantiuum: ut, filius Veneris, is cui nomen est Cupido: non is, quæ illa peperit ex Anchise, qui dictus est Aeneas.

Da Relatiua substantiæ. Qui, quæ, quod, sui, ille, ipse, iste, hic



hic, is, idem, suus, alius, alter, reliquus, cætera, cæterum, quia cæter non dicitur.

Quod est relatiuum accidentis? Quod refert antecedens adiectiuum: ut, uirgo candida, qualis est nix: procerus, quantus est gigas.

Darelatiua accidentis. Qualis, quantus, quot, quotus, quotenus, quotuplex, quotuplus, cuius, cuias, aliusmodi, alteriusmodi.

Vtrum horum esse oportet relatiuum, quod cum antecedente conformandum est? Nempe relatiuum substantiæ. Quodlibet ne? Non, sed tantum qui, quæ, quod, sui, ille, iste, ipse, hic, & is.

Habent ne cætera cum aliquo congruere? Cum consequente, ut adiectiua cum substantiuis.

Adde quòd alius, alter, reliquus, cætera, cæterum, præter hoc, etiam ad genus & rem antecedentis respiciunt. Nam dum dico, Diligo te & cæteros discipulos: necesse est, te esse discipulum: alioqui uitiosa esset oratio.

Illud etiam memineris, qui, quæ, quod, & ipse, ipsa, ipsum, omnem personam recipere.

#### DE INTERROGATIVIS.

Vlla ne alia obseruatur congruentia? Verum. Quæ? Interrogatiui & responsiui: nam Demonstratiui & demonstrati conuenientia omnino similis est ei, quæ Adiectiua substantiuis admodum & apponit.

Interrogatiuum & responsiuum in quot accidentibus debent cōuenire? In uno. In quo? In casu, nisi quid fortè prohibet, atq; impedit diuersa earundem partium orationis exigentia.

Nihil præterea requiritur in cōsensu interrogatiui & responsiui? Illud scilicet, ut interrogatio suū accomodetur responsiuum: ut,  
Quem



Quem queritis? Iesum Nazarenum: non Nazarenum tantum. Quis uocare? Claudius. Cuius est liber? Ioannis. Cui beneficias? Egenti. Qualis est præceptor? Non indoctus. Quantus erat Aeneas? Magnus. Quātus Iulus? Paruus. Quot domos habes? Duas, tres. Quotus uis cœnare? combien uoules uous estre a souper? Secundus, aut tertius: deux ou trois. Quoteni ibant? Bini, terni, &c. Quotuplum reddit tuus fundus? Decuplum, &c. Quotuplex est uestis? Duplex. Cuius est genere? Gallus. Cuius es patria? Lugdunensis. Cuius professione? Grammaticus, in quibus omnibus responsiua cum interrogatiuis conueniunt in significatione.

Quir in consensu interrogatiui & respōsiui excepisti, si forte prohiberet diuersa orationis exigentia? Quia percontanti, quanti quippiam emeris: respondere non possis scutati, sed scutato tantum: idq; necessariò, ob diuersitatem constructionis, quæ in eo genere est. Rursum querenti, cuius sit atramentariū quodāpiam, non tui, sed tuum, dici oportebit: atq; hoc itidem quadam uelut necessitate.

DE CONGRVENTIA VERBI.

Verbi autem conuenientia quotuplex? Vnica & simplex: nempe solius uerbi personalis finiti modi, cum nominatiuo, quæ id ante se requirit.

Quir soli uerbo personali finiti modi congruentiam tribuis? Quia quæcunque uerba nec finitas personas, nec certos numeros habent, ea sola exactione contenta sunt: nec possunt non concorditer satis congruere cum omni persona & utrouis numero.

Verbum ergo personale finiti modi, in quot accidentibus cōsentire debet cum suo nominatiuo? In duobus. In quibus? Numero & persona, ut ego lego, tu audis: ille docet, nos proficimus

mus



mus, uos tacetis, illi nugantur.

DE CONCEPTIONE  
PERSONARVM.

Possunt ne complures nominatiui uerbo præponi? Admodum. Sed tunc numeri pluralis ut uerbum sit, necesse fuerit. Ut enim singularem unus nominatiuus, ita pluralem numerum flagitant, qui plures uno sunt.

Verum quæ personæ oportuerit esse uerbum? Quæ fuerit nominatiuus is, quo præstantior demonstrabitur persona: ut quoties aderit prima persona, semper intelligatur præstantior: alioqui secunda præualebit. Iam ego & tu efficiunt, nos: Tu & ille, uos: Ego & tu, & ille, nos: ut, ego & tu uni doctori operam damus: uous & moy sommes soubz ung regent. Tu & ille mihi traditi estis in disciplinam: uous & luy mauës este baillës pour estre mes escoliers.

DE CONCEPTIONE  
GENERVM.

Ac simile quiddam fit in consensu adiectiui, & substantiui: itemq; relatiui, & antecedentis: quum duo triaue substantiua diuersorum generum accommodantur uni adiectiuo aut relatiuo. Primum enim oportet hoc esse numeri pluralis, quia multis respondet: deinde generi adformari, quod cæteris præstat. Iam masculinum præstat fœminino, & neutro: rursus neutrum fœminino: ut, uir & mulier religiosi, qui pro eo ac debent, conditorem suum reuerentur. Lena & scortum sunt reipublica perniciofa.

Quomodo substantiuis, uel cuiuslibet generis res animatas significantibus, & adiectiuum, & relatiuum ad neutrum genus transferri ex usu omnium Latine dicentium constat: ut, urbs & templum dedicata sunt. Labor & uoluptas, quæ natura dissimilima uidentur, tamen societate quadam inter se naturali sunt in-nexa. Et, ferè ira & concitatio furori sunt affinia.

F

Habemus



Habemus de Congruentia. Iam percontemur de Exactione.  
DE EXACTIONE.

Exactio quid est? Partium orationis uis quedam, & natura, qua in certo casu, aut modo alia aliam sibi adiungi postulat.

Ista uis ac natura in quot orationis partibus inest? In omnibus.

Omnibus ne ex æquo sine distinctione aut exceptione? Hoc quidem mihi non ita uidetur. Quoniam ut non aliud, certè hoc interest, quòd uerbum in quo ipso est tota uis sermonis, quodq; orationis totam constructionem gubernat, & à fronte, & à tergo sibi aut casum, aut aliud quippiam loco casus adstrui uult, atque exigit: reliquæ orationis partes tantummodo certum sibi quempiam casum post se adsciscunt: quippe uerbo subiectæ, ut sine quo nihil prorsus effecturæ sint. Quo etiã nunc clarius appareat, quàm meritò dicatur uerbum in oratione dominari, & caput esse. Tum excipienda est coniunctio, quia ceteras orationis partes ad sui declarationem hæc nusquam exigit, sed eis tantum pro uinculo adhibetur, ut copulet, & connectat nunc uerba, & sensus, nunc uerba tantum, nunc sensus tantum. Nam quòd similes casus, & modos uerbi exigere dici possit coniunctio, hoc eo intellectu accipiendum est, ut quæcunq; alia orationis pars casum aut modum uerbi explanandi sui causa sibi adsciuerit, huic casui aut modo, si opus erit, alium quæ aut casum, aut modum adnectere, per coniunctionem id quidem fiat, sed ita, ut necesse sit, hunc eundem casum aut modum omnino similem esse ei, quem ea pars sibi prius in constructionem adiunxerit: quo fit, ut casus per coniunctionem copulati, aliunde, non ex ipsa coniunctione pendeant, nec eam declarent, sed eam duntaxat partem, abs qua (ut sic dicam) reguntur, seu adsciti sunt. Iam hic Exigentiam uocamus, quum partes orationis aliæ alias certis rationibus, & modis assumunt, ad explanandam, atq; implendam



plendam significationem suam, quomodo substantium sibi adiungit adiectiuum, si uidelicet absque eo non satis, aut non adeò expresse, aut eleganter intelligatur. Et uerbum exigit aduerbium: atque item præpositionem cum suo casu: imò & alterum uerbum, idq; alius modi, si aliter sensus perfici non queat.

Quotuplicem facis exactionem? Duplicem: Vnam à priore, alteram à posteriore.

Exactionem à priore, quibus tribuis? Soli uerbo. Quibus posteriore? Reliquis omnibus (ut dixi) extra unam cōiunctionem.

#### DE EXIGENTIA VERBI PERSONALIS À PRIORE.

Verbum personale quid exigit ante se?

Omne uerbum personale finiti modi exigit ante se nominatiuum eiusdem secum numeri & personæ, expressum, uel subauditum, aut quippiam pro nominatiuo, puta uel infinitiuum, uel alium quem modum cum sua constructione: ut, Non hic hæreo, ie ne marreste pas icy. Albus sis ater nescio, ie ne scay qui tu es. Velle suum cuique est. Quòd uales, bene est, il ua bien, que uous uous portés bien. Non est quod agas gratias, il ny a pas de quoy uous me debués remercier.

Quem uocas modum finitum? Vnum quēuis è quatuor primis. Quem infinitum? Solum quintum.

Quid uerò impersonale uerbum exigit ante se? Obliquum aliquem casum.

Quem uocas obliquum casum? Omnem eum, qui rectus non sit.

Quot sunt recti? Duo: Nominatiuus, & Vocatiuus.

Quorū Noīatiuus dicitur rectus? Quia hic aliunde nō deflectitur: unde usurpatiuè etiā dicitur casus, cū aliunde nō cadat. Tū à



fronte uerbi in oratione collocatus, in faciem eiusdem uerbi directo intuetur, & ante illud stat rectus.

Et Vocatiuus? Hic etiam rectus appellari solet, opinor, quia nominatiuo ferè similis est, & quia etiam præcedit uerbum.

Quot sunt obliqui? Quatuor: Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, Ablatiuus.

Quid dicuntur obliqui? Quia à recto deflexi sunt omnes, nec ante finita uerba consistere queunt: itaque ad uerba, cum quibus construuntur, non nisi obliquè respiciunt.

Traditur ne ullus generalis canon, de anteriore uerbi impersonalis exactione? Nullus. Est enim multiplex & uaria impersonalis uerbi anterior exactio, nihilo secius ac posterior. Proinde de ea nihil semel atque in uniuersum præcipi potest: sed tractanda est simul cum posteriore: id quod infra commodius suo loco fiet.

In exigètia anteriore uerbi personalis quid requisisti? Congruentiam ipsius uerbi cum suo recto in numero, & persona.

Quid in exigètia anteriore impersonalis uerbi, ullam ne congruentiam? Nullam: quia illic nec in numero, nec in persona errari potest.

Agè uerò circa posteriorem exigentiam utriusque horum, ecquid spectandum, atque obseruandum censet? Ante omnia delectum.

#### DE DELECTV.

Quem mihi delectum narras? Ne uidelicet quemcunque casum uerbo exigentiæ regula cōcesserit, hunc illi continuo subiiciendum putemus. Quin iuxta Latinæ linguæ idiotismos accuratam singularum dictionum electionem ad nostri sermonis texturam adhibeamus. Nam, Ago tibi gratias, rectè dicimus: quod Gallicè est, Je uous remercie. Facio tibi gratias, non item: etsi utrunque horum actiuum uerbum est, admittens post se transitiuè accusatiuum. Itidem, Dare uerba, Latinis tritum est, pro eo quod est sal



est fallere, atq; eludere. Tradere, seu, Præbere uerba, pro eodem, inauditum. Eiusmodi ergo sunt ea, in quibus haberi delectum præcipimus. Neq; enim protinus, quicquid ex præscripto grammaticorum canonum dicatur, ob eam modò causam rectum existimari debet. Alioqui scire gratiam, scauoir gre: & facere honorem, faire honneur: quæ planè Gallica sunt, Latina defendi possent: quum habere gratiam, & habere honorem, apud Latinos dicere sit moris. Verborum igitur electione diligētī opus est, & iudicio, ne Latinitatem quasi obtorto collo ad linguæ nobis uernaculæ consuetudinē trahamus: quod Notarij publici, & Legulei, & rabule forenses, & Theologi, ac Philosophastri, & cæteri eiusdem farinae Gothici pleriq; omnes facere solent. Sed uerè Romano patrium sermonē potius seruire cogamus: dūtaxat ubi Latine dicere uelimus. Quanquā in multis esse linguarū cognatio quædā uidetur. Recte enim Græcè dixero, οἷσιν ἂν ἡμεῖς: ubi Gallicè dicam: Scio tibi gratiam: ac Latine quidē rursum, Nollē tam multam in eo operam ponere: similiter ut Gallicè protulero, ie ne uouldroye pas tant mectre de peine en cela. Sed quoniam hoc perpetuum nō est, nec usu passim euenit, id dādam esse operam dixi, ut sic interpretētur ac conferantur linguæ, ne ullius earum proprietati uis auferatur: sed sua cuiq; integra seruētur dicendi genera. Huius autē rei copiā faciet & dabit diligens auditorū lectio, & tractatio, cū sollicita ac prudenti obseruatione.

Non etiam in alijs constructionibus postulabitur delectus? Quidni? Vel in coniunctionibus requiretur, non modò in reliquis partibus orationis, quarū propria est casuum exactio: nam, neq; uero, age uerò, at uero dicimus: neq; autem, at autem, age autem, non dicimus. Cum è diuerso, non uerò, haud dicamus, sicut non autem: quia hoc usitatū, illud receptum nō est. Ergo his quoq; constructionibus necessaria est uerborū electio, ut dici liceat in summa, Latine orationis elegantia in diligētī uerborum electione, aptaq; eorundē collocatione, & structura totam cōsi-



stere. Sed harum rerum pleni sunt libri elegantiarum Vallæ.

Adsentior. Caterum eandem istam à posteriore exigendi rationem, quoniam ad omnes orationis partes extra unam coniunctionem pertinere etiam dixisti, agedum liceat de his ordine querere. Interroga, ut lubet.

De exigentia posteriore singularum partium orationis, ac primum nominis.

Quot casus exigit nomen à posteriore? Quatuor: Genitiuum, Datium, Accusatiuum, & Ablatiuum.

Quæ nomina exigunt Genitiuum? Substantiua, & Adiectiua.

Tenes regulam de Substantiuis? Teneo. Cedò.

Vbicunq; in sermone Gallico, post unum aliquod substantiuum nomen, cuiuscunq; generis, & numeri & casus id fuerit, atq; adeo undecunq; idem pepēderit: Quoties inquam, post id nullo intermedio statim sequetur alterum diuersæ rei substantiuum, cū articulo Gallico genitiui casus, sibi ex ipsius Gallici sermonis proprietate & usu præposito, cuiuscunq; etiam generis ac numeri nomen hoc substantiuum sequens fuerit, ipsum in sermone Latino genitiui casus esse oportebit: ut, La chemise du garson, subucula pueri: La boutique dung marchand, taberna mercatoris: Limprimerie dung imprimeur, officina typographi: Les armes de noblesse, nobilitatis insignia: Le manche dune espee, capulus ensis: Vng tonneau de uin, dolium uini: Vng uerre de eaue, cyathus aque: Vng boisseau de sel, modius salis: Vne paire de gants, par manicarum: Vne paire de chausses, par tibialium: Le chasliet dung liët, fulcrum lecti: Le bout dung baston, extremum baculi.

Qui sunt articuli Gallici genitiui casus? Du, de, dez, dung, dune.



dune, dunez, &c.

Atqui idem hi sunt etiam ablatiui casus. Quo discrimine al-  
teros ab alteris secerni atque internosci licebit? Quando non  
repugnante uerborum sensu genitiuus is resolui poterit in no-  
minatiuum, cum uerbo habet, seu possidet, mutato substantiuo  
illo, unde idem genitiuus pependerit, in accusatiuum nominis rela-  
tiui substantiæ: hoc erit signi, Gallicum illum articulum eidem  
genitiuo Gallicè prepositum haberi, & esse oportere geniti-  
ui casus: ut, *Le compaignon de Vlysses*, comes *Vlyssis*: quia  
*Vlysses* habet comitem. *Les anches dung lieure*, clunes lepo-  
ris: quia lepus habet clunes. *Vne espaule de mouton*, armus  
arietis: quia aries habet armum: & sic resoluitur, *Armus*  
arietis, id est, armus quem habet aries. *Le moeul dung oeuf*,  
*Luteum oui*, id est, luteum quod habet ouum: atque item in  
alijs.

Quando uerò non poterit fieri talis resolutio, obstante ser-  
monis sensu, aut quando per articulum dabitur intelligi, rem  
esse, quæ ab aliqua re alia dici ac denominari, fieri, aut haberi si-  
gnificetur, argumento id erit, articulum esse potius ablatiui ca-  
sus: ut, *L'homme du cheual*, quæ uous marchandies, homo ab  
equo, quem licitabare: non homo equi: sicut, *Mercenarij à uilla*,  
les manouuries & gents loués de la grange. Eius famulus à pe-  
dibus, son homme de pied: non eius famulus pedum. Minister  
eius à cubiculis, son uarlet de chambre. Homo à prælectionibus,  
à studijs, & memoria rerum excolendarum: homme de lecture,  
homme destude, & de lettres. Hinc dicimus, *Erat ei à prælectio-*  
*nibus*, il luy lisoit: il estoit son liseur. *Sum tibi à studijs*, ie uous  
fers a lestude. *Sum tibi à memoria rerum excolendarum*, ie uous  
fers a ueoir & entendre les bons liures & auteurs. *Ioannes*  
*à taberna*, *Iean de la boutique*: alioqui tabernæ administra-  
tor, pro famulo qui merces in taberna tractat, le uarlet de la  
boutique, rectum erit: habet enim & taberna suum admi-



nistratorem. Item, Petrus à Lugduno: non Lugduni. Franciscus à Turnone: non Turnonis: nec dicitur, Est Turnonis, il est de Turnon: sed, Est à Turnone. Ita, Frāciscus à Claromonte, nō Clarimontis. Ioannes à Prato, nō Prati. In quibus de, articulus Gallicus planè ac sine controuersia est ablatiui casus, & ad ablatiuum pertinet, nisi uidelicet, quum hæc Latinis eleganter transfigurantur in epitheta: ut, Franciscus Clarimontanus: Petrus Lugdunensis: Turnonius heros: quemadmodum dicimus, à manibus, & amanuensis: secretarius, & à secretis: quæ omnia multo latius ac fusius dispersa sunt ac dissipata, quàm ut una aliqua præceptione astringi, & concludi possint: sed diligentiori obseruatione opus est, propterea quòd in eis passim uulgò peccatur.

Est tamen ubi interim genitiuum construerelicit, aut ablatiuum cum præpositione de, è, uel ex, absq; discrimine, nempe casum materiei, ex qua aliquid esse seu cōflare significetur:

ut, acruus lapidum, & ex lapidibus. Vergilius:

Monte sub hoc lapidum tegitur Balista sepultus.

Crater argenti, apud Persium: & Crater ex argento, aut etiam, Crater argenteus. Vas è uitro, aut uitreum, aut uitri. Subucula lini, aut è lino. Vestis è serico, aut sericà seu sericea. In quibus omnibus etiam exprimitur Gallicus articulus de.

Partitiua. Atq; huc referri licet partitiuorum naturam:

optimus plebis, & optimus de plebe: corū unus, & ex eis unus. Alius autem cuiusdam rationis, & formæ sunt, Omnium horarum homo, homme qui est a tout. Et, Per paucorum hominum homo, homme qui ne conuient pas avec toutes gens.

Alicubi magis cōuenit loqui per ablatiuum cum præpositione: ut in exprimenda origine,

aut



aut efficiente, atq; autore caufa; ut, Ex illustri familia uir: homme de noble maison, gentilhomme: sic enim accommo-  
datus dicitur ad id, quod significatur, quam, uir illustris familiae: nam alioqui uir illustris familiae eadem ratione dicitur, qua,  
uir incertae originis, id est, cuius origo incerta est. Similiter, Virgo è diuite ac potenti domo, fille de riche & puissante maison:  
potius quam, praediuitis ac potentis domus: quasi uidelicet sub-  
audias illic, nata, seu orta. Sic omnino, uir ex Deo, significan-  
tius etiam, quam, uir Dei, quasi etiam tu dicas uirum, qui to-  
tus à Deo effectus ac compositus sit ad ea, quae sunt ipsius Dei:  
alioqui dubium non est, quin Dei simus omnes. Sic Opt. Max.  
praeceptor, & dominus noster CHRISTVS, Vos, inquit, ex  
patre diabolo estis, potius quam patris diaboli. Sic & Terent.  
(ut misceam sacra prophanis) Ea primum ab illo animadu-  
tenda iniuria est. Iniuria ab illo, inquit, significantius omnino,  
quam si dixisset, iniuria illius: id quod uel caeco appareat. Nam  
in illo, ab illo, nulla subesse potest amphibologia: in, illius,  
subesset: quippe quum is genitiuus, & actiue, & passiue signi-  
ficare possit, ut sit, iniuria illius, uel quam fecerit, uel quam  
passus sit. Sicut in Eunuchis: Vbi uis adsunt tibi dona à Phæ-  
dria. Nam si Phædria dona dixisset, dubium erat, utrum dice-  
ret, dona ne quae Phædria alicunde accepisset, & ut sua habe-  
ret: an quae is ad Thaidem mitteret. Ergo, adsunt tibi hic à  
Phædria dona, rectius etiam dixit, quam, adsunt tibi hic Phæ-  
dria dona. Simile est Ciceronianum illud de Orato. À ceteris  
silentium, ab oratoribus solitudo, nempe quod & ceteri file-  
rent, & oratores solam reliquissent, id est, deseruissent, curiam.  
Vitanda est enim ubique, quoad eius fieri potest, amphibologia.  
Alioqui indifferenter dici poterit, hoc tuum esse credebam, &  
hoc esse à te credebam: ie crois que tu fusses lauteur & lin-  
uenteur de cecy. Hoc Plauti est, seu è Plauto, seu Plautinum.  
Quamquam etiam, amicus ex animo, magis mihi quidem arri-  
deat



deat, quàm amicus cordis: & è schola Socratis aut Platonis discipulus, quàm scholæ Socratis aut Platonis.

Nec omnino diuersa erit constructio, ubi Gallicè dicitur, de chez, et deuers: ibi enim ablatiuo cū præpositione à, uel ab, aptior ferè (mea quidem sententiâ) locus est, quàm genitiuo: nam genitiuo inibi etiâ locū esse, nō sum qui negem. Terent. Quis à me tam grauitèr pepulit fores? id est, meas, seu, domus mea: Qui a hurte si fort à mon huys? qui à pouffe si fort ma porte? ou, la porte de chez moy. Alibi: À me nescio quis exit: ie ne scay qui sort de chez moy. Alibi: Concrepuit à Glycerio hostium: quum, hostium Glycerij sine uitio dicere potuisset, sicut M. Cicer. lib. 1. de Oratore: Testis est, inquit, Q. Mutij ianua, & uestibulum. Item alibi idem Terent. Ab Andria est ancilla hæc: quum, Andriæ ancilla dicere potuisset: Ceste chambrière est deuers, ou de chez Landrienne. Rursum alibi idem: À uobis est, inquit, de puero loquens: Il est de chez uous: quum, uester est, etiam ibi dicere potuisset. Sic, À me tibi dabo chlamydem: Ie te bailleray ung manteau de chez nous, ou de chez moy. Aut, à me, id est, meam. Hæc sine dubio latissimè patent etiam extra hunc sensum: ut, À Laurentio Valla Elegantiarum præceptiones: & Laurentij Valla Elegantiarum seu de Elegantijs præceptiones. Quintiliani Oratoriæ institutiones: & À Quintiliano Oratoriæ institutiones.

Non etiam construi possunt substantiua nomina cum ablatiuo sine præpositione: Non per se. Quid est, non per se? Nam quòd construitur cum ablatiuo sine præpositione, similiter ac cum genitiuo, quum tribuimus cuiuspiam aliquid

in



in laudem, aut uituperium, id efficitur adiectiuo, seu epitheto ipsius laudis, aut uituperij: ut, Puer ingenij summi, & ingenio summo: homo ualentissimi corporis, & ualentissimo corpore: mulier perfrictæ frontis, & perfricta fronte: femme effrontee, & sans honte.

Nec alios casus admittunt substantiuas: Non. Quid ergo fit reliquis obliquis? Eos adiectiua sibi adsciscunt. Non hæc etiam genitiuum sibi adsciscunt? Quid ni? Pleraq; singularem & pluralem genitiuum nullo discrimine: quædam pluralem tantum.

Quæ adiectiua utrūuis genitiuum flagitant? Expers belli: qui ne scait que sest de guerre: Peritus rerum: Fidens animi: Cupiens lucri: Fugitans litium, qui hait proces & noises: Tolerans laboris, qui endure bien la peine: Patiens inedia, qui endure bien de ne menger rien: Profusus sui, qui est prodigue du sien. Participialia ferè sunt, & uerbalia, & actiue significant.

Quæ adiectiua genitiuū multitudinis tātum admittunt? Partitiua, idēq; cum generis cōsensu. Vterque nostrum: Alter Aiacum: Sodalium Franciscanorū quiuis: Quidam tuorum: Si quisquā horum: Quicunq; ciuium: Huius nationis quispian: Vnus uirorum: Primus auditorum. Item gradus comparisonis. Nigræ lanarū: Fortior manūū: Omnium præstantissimus: & hoc genus cætera.

Quur genitiuum multitudinis, quàm pluralem maluisti? Vt singularem genitiuum collectiui nominis cōplecterer, qui tametsi uoce singularis est, tamen de multis dicitur: ideo etiam genitiuus est multitudinis.

Quanam uerò adiectiua nomina partitiua dicuntur? Ea per quæ pars à toto abduci significatur.

Quo pacto? Nam quum dico, Omnium præstantissimus: in illo omnium, dico totum: in præstantissimus, partem



tem eius totius:quam inde, id est, ex illo eodem toto abduco & separo: significo enim unum aliquem ex illis omnibus. Atque itidem quum dico: Vterq; nostrum: in genitiuo nostrum, est totum, ut hoc loco accipitur totum. Vterque, id est, ego & tu, singuli partes sumus illius eiusdem totius.

Referuntur in numerum partitiuorum gradus comparationis? Maxime.

Quot sunt gradus comparationis? Tres. Qui? Positiuus, ut fortis: fort. Comparatiuus, ut fortior: plusfort. Superlatiuus, ut fortissimus: plusfort, ou tresfort.

Ecquis de his in uniuersum tradi potest canon? Videtur posse. Quisnam? cedò. Siquidem ad hunc modum præcipitur: ut,

Quod Gallicè dicitur, le plus, ou la plus des, aut les plus des: Si duo tantum sint, dicendum fit per comparatiuum cum genitiuo multitudinis: ut, fortior manuum, la plus forte des mains: & fortior Aiacum, le plus fort de deux Aiax.

Si plura duobus sint, oratio fiat per superlatiuum, itidem cum genitiuo multitudinis: ut, Græcorum fortissimus est Achilles: Achille est le plus fort des Grecz. Prudentissimi ciuitatis qui tacent, les plus sages de la uille sont ceulx qui ne sonnent mot. Virginum pulcherrima, la plus belle des uierges.

Nec mihi quidem probandum uidetur, quod uulgus hic dicere solet, la tresbelle dez, le tresfort dez, &c. nam Gallicum illud tres, tum demum in superlatiuum competit & quadrat, quum is absolutè, id est, sine casu ponitur: ut, illud est optimum, cela est tresbon. Quod uero Gallicè dicitur, plus que, hoc tantum dicatur per comparatiuum cum ablatiuo sine præpositione: ut, Achilles erat fortior Hectore: Achille estoit plus



plus fort que Hector. Qui quidem ablatiuus resolui potest in casum similem ipsi comparatiuo intercedente particula quàm: ut, Hectorem perhibent fortiozem quàm Achillem. Atque hoc est, quod de his rebus in genere tradi posse reor. Nam Gallico illo, le plus des, la plus des, les plus dez, quarum rerum fiat comparatio, eas eiusdem generis esse: illo uero plus que, nō item esse oportere intelligi satis datum est. Addamus tamen, si uideatur, illud quoq; obseruandum esse, quod à comparationis ipsius natura comparatum est, & de eadem regula intelligi potest, ubi adsunt res. ut dicimus, similis generis, si duæ tantum erunt: uel in sola adiectiui cum substantiuo congruentia, & citra genitiui exactionem, ut comparatiuo utamur. Si uero plures, superlatiuo: ut, certior polus est antarcticus, non certissimus: quia tantum duo sunt poli. Item, sol est planeta maximus, idemq; optimus ac saluberrimus.

Audio, & fateor.

Iam datiuum quæ adiectiua sibi adsciscunt? Datiuum uel genitiuum recipiunt, Affinis criminis, uel crimini. Nec dicam reus criminis, qui est coupable du crime. Similis domini, uel domino. Proprium uirtutis, uel uirtuti. Commune omnium, uel omnibus. Amicus illius uel illi. Finitimus, uicinus, propinquus, conscius, conformis, conterminus, &c.

Quæ adiectiua datiuum tantum postulant? Quæcunq; commodum aut incōmodum significant; ut, Fidus amico. Perfidus regi, qui rompt sa foy au Roy. Omnibus acceptus, agreable a tous. Suis malus, alienis bonus, mauuais au siens, bon aux estrangers.

Huc pertinet opus, quod cum datiuo & ablatiuo <sup>opus.</sup>   
 tiuo sine præpositione construitur, intermedio   
 quidem



quidem uerbo substantiuo Sum, es, est; ut, *Mihi* uatico opus est: ubi Plautus etiam dicere solet, *usus*, pro opus, Il me fault de quoy passer mon chemin. Senectutis subsidio aliquo tibi opus erit. Tu auras besoing de quelques baston de uicilleisse. Dicimus etiam, Non sum tibi opus, ie ne te fais pas besoing: id est, non eges mei. Mihi opus non fuisti. Et, Mihi te opus non fuit: id est, tui non egebam: te seu tui facile carui, le me suis bien passé de toy.

Quæ adiectiua accusatiuum sibi uendicant?

Quæ ad aliquem dimensionem spectant; ut, *Caulis palmum altus*: le tronc dune herbe dung essant hault. *Septem pedes longus*. *Crassus tres digitos*. *Latus ulnam*, large dune aulne.

Quæ adiectiua ablatiuum sine præpositione uolunt? *Contentus paruo*: *Præditus uirtute*: *Diues agris*; *Ne ligula quidem dignus*: *Genere Andria*: *integer pudore* & *dignitate*: de qui lhonneur nest en rien diminué.

Quæ adiectiua ablatiuum sibi cum præpositione à, uel ab, subiūciunt? *Animo est à literis alieno*. *Hoc ab eius sententia diuersum est*. *Hic est alter ab illo*. *A me pu dica est*, quasi soror mea sit: quant à moy, ie ne lay touchee, non plus, que si elle estoit ma seur. *Terent. Narratq; ut uirgo à se integra etiam tum sit*. Item, *Ab animo æger sum*, et si à morbo satis ualeo. *Tu ab animo otiosus es*: Tu te donnes de bon temps: Tu ne prens point les matieres a cucur: Tu nas soulci daulcune chose. *Illi sunt ab ingenio improbi*: Ceulx la sont de mauulaise engeance, & de maligne nature. *Ab equitatu firmus*: Fort de gentz a cheual.

#### DE EXIGENTIA PRO- NOMINIS.

Quis



**Q** Vis à pronomine exigitur casus? Genitiuus pluralis, sed hac lege, ut accedat consensus generis; ut, *Aiacum hic Telamonius, ille Oilei filius fuit.*

Quot sunt pronomina Demonstratiua? Omnia. Nullum enim pronomen est, quod uim demonstrandi non habeat.

Quot sunt Gentilia, seu Patria? Duo, *Nostras, & Vestrās.*

Quur ita uocantur? Quia per ea gentem, & patriam, aut etiam professionem significamus.

Quot sunt relatiua? Octo, *ille, ipse, iste, hic, is, sui, suus, idem.*

Quot sunt reciproca? Duo. *Quae? Sui, & Suus.*

Quur dicuntur reciproca? Quia in seipsa reflectuntur: ut, *scioli ferè sibi placent.*

Quot sunt possessiua? Quinque: *Meus, tuus, suus, noster, uester.*

Quur uocantur possessiua? Quia per ea possideri aliquid significamus.

Vtrum dicendum est, *mei'ne liber, an meus? Liber meus. Quid ita? Quia mei cum similibus passiue, non possessiue seu actiue significant: ut, amor, desiderium, cura, sollicitudo, memoria, copia, dolor, potestas, utilitas, usus, uis, fastidium, fauor, mei, tui, sui, nostri, uestri, passiue significant, quòd hæc ab alijs de nobis habeantur. At desiderium, fastidium, cura, sollicitudo, memoria, copia, dolor, potestas, utilitas, usus, amor, meus, tuus, suus, noster, uester, actiue seu possessiue significant, quòd ea penes nos sint, neque aliunde ad nos emanent atque influant. Vehementer tua sui memoria delectatur: Il a grand plaisir de la souvenance que uous auez de luy. Sic ornate etiam dicimus, Mea unius opera liberatus es: Tu as este deliuré par le moiën de moy*



de moy tout seul. Ex tuo ipsius animo coniecturam feceris, an grauer ita accipi: Par l'affection de uous mesmes uous pourez presumer ou imaginer, si me greue destre ainsi traite. Noster duorum conatus nihil efficiet, nisi manū ipse admouerit: Lefforcement de nous deux ne fera rien, si luy mesmes ny met la main. Item, Mei solius es immemor: De moy seul tu nas point de souuenance. Sui conueniendi omnibus potestatem facit: Il permet facilement chascun de paler a soy.

#### DE EXIGENTIA POSTERIORE VERBI.

Quot casus exigat uerbum à posteriore? Quinq; Nominatiuum, genitiuum, datiuum, accusatiuum, & ablatiuum.

Quæ uerba exigunt à posteriore nominatiuum?

Verbum substantiuum, uerbum uocatiuum, & quodcunq; eorū uim obtinet, exigat à posteriore nominatiuum, qui ad idem pertinet, quod significat nominatiuus à priore: ut, sum pius, uocor Aeneas, salutor poëta.

Quot sunt uerba substantiua? Vnum tantum, Sum, es, est.

Quot sunt uerba uocatiua? Quinque, Appellor, dicor, nominor, nuncupor, & uocor.

Dic horū uim habentia. Fio, euado, existo, sto, uenio, uideor, iudicor, cognominor, inscribor, & similia fere ex omni genere personaliū: ut, Obscurus fio. Hodie intelligentes, & boni uidentur stulti. Dormit securus. Bibo ieiunus. It cubitum incœnatus.

#### DE GENITIVO.

Quæ uerba exigunt genitiuum?

Omnia uerba cuiuscunq; generis sint, quorū quidē significatio ad aliquod precium attinere potest



potest, admittunt post se hos genitiuos, tanti, quanti, tantidem, quantiuis, quantilibet, quanticumq; pluris, & minoris, substantiue quidem acceptos. Nam si adiectiue ponuntur cum substantiuis, abeunt in ablatiuos; quemadmodum cætera pretij nomina, quæ omnia in ablatiuo ponuntur sine ulla præpositione.

Non est mihi copia tãti, Vt fieri seruus uentris amore uelim.  
 Quanti uirtutem pendes, facies, habebis, æstimabis, tantidẽ apud homines pendẽris, fies, habeberis.

Quanti pransus es? Combien as tu paye pour ton disner?

Quanti constant tibi semel duodeni panes? Combien te couste une douzaine de pains?

Tanti enim tria pondo carnis ueruecinæ, id est, libras.

Quanti libet indicat pannum, Il fait son drap tant quil ueult.

Pluris liceor, quàm quãti est, Je uous en offre plus quil ne uault.

Liceor præsentì pecunia, Argent contant.

Non addicet tibi ædeis minoris, Il ne uous deliurera pas la maison a moins. Tanta summa non mercor.

Quanto pretio redempta est?

Nihilo minore pretio distrabitur lignum, quàm si frigus esset acrius. Magno illi stetit, Il luy couste bon.

Putri messilo nõ emerim, Je nen donnerois pas une nefle pourrie. Vsiatius tamen est Latinis, Vitiosa nuce non emerim.

Nimio docet, Il uent trop ses lecons.

Hoc non ualet teruncio, aut teruncium etiam.

Priuatim uerò uerba æstimãdi, curo, puto, facio, cõsulo, duco, pẽdo, habeo, id est, æstimo, præter dictos genitiuos amãt etiam hos sibi adiun-

G

gere,



gere, magni, parui, nihili, maximi, minimi, flocci, nauci, asis, huius.

*Quid de me fiat, parui curas, Peu te chault quil aduienne de moy. Non asis facio, nihili, flocci pendo istos nebulones, le nestime rien ces lanterniers. Aequi boniq; facio, aequi boniq; consulo, & boni consulo, le prends en gre.*

Præterea ex actiuis uerba accusandi, damnandi, absoluendi, monendi, & consimilia, præter accusatiuum adsciscunt sibi genitiuum uel ablatiuium significantem crimen aut pœnam.

*Qui alterum incusat probri, ipsum se intueri oportet, Qui accuse ung aultre de deshonneur, se doit bien regarder. Arguo te solœci, uel solœco, le te reprends dincongruite. Ne quenquam peccati temere damnes, Ne condemne aulcun follement de faulte, ou dauoir failli.*

*Magnæ summæ damnatus fuit, aut magna summa, Il a este condemné a une grand somme. Reuincam te mendacij, seu mendacio, le te conuaincray de mensonge.*

*Insimulat herum auaritiæ, Il accuse son maistre dauarice.*

*Absolui illum iniuriarum. Absolui illum iniuria.*

*Admoneo te errati, le te aduise de ta faulte.*

*Cōmoneo te promissi. Omne tēpus nos admonet CHRISTI.*

*Excipiuntur alter, uter, uterq; ambo: construuntur enim hîc duntaxat in ablatiuo. Vtro accusatus es, mendacij, an periurij, an utroq; Responde, neutro, aut altero, aut ambobus.*

*Atq; ex neutris satago assumit genitiuū rerū.*

*Vt, Hic satagit rerum suarum, Cestuy icy pense & est son gneux en ses affaires.*

*Quædam genitiuum recipiunt aut ablatiuū, in eundem sensum.*

*Vt, E geo*



Vt, Egeo tui, egeo pecunia. Careo tui, & careo libris.

Memini, construitur cum genitiuo: ut, memini huius rei. Cum accusatiuo: ut, memini hanc rem, id est, recordor. Cum ablatiuo accedente præpositione de: ut, non meminit de hac re, id est, mentionem non fecit: quo sensu dicitur etiam, non meminit huius rei. Construitur præterea cum infinitiuo: ut, non memini legere.

Tum ex deponentibus Misereor, Recordor, Obluiscor genitiuum requirunt. Vt, Miserere mei Deus, Recordare superioris uitæ, Obluiscere malorum.

Ad hæc interest, refert, & est, pertinentia ad officium uel utilitatem, seu impersonalia sint actiue uocis, seu personalia, quosuis genitiuos admittunt: præter illos quinque pronominum primitiuorum passiuè significantes, mei, tui, sui, nostri, uestri: uice quorum interest, & refert, assumunt ablatiuos possessiuorum fœminini generis, mea, tua, sua, nostra, uestra, quibus additur ablatiuus cuius. Est uerò accipit nominatiuos generis neutri, meum, tuum, suum, nostrum, uestrum. Interest omnium rectè agere, Il appartient a chascun de bien faire.

Doctores est præcipere, & discipuli obtemperare, Il appartient au maistre de donner doctrine, & au disciple d'obeir.

Magni referebat te consilijs eius interesse, Il estoit fort bon que tu fusses present a son conseil.

Aut nostra aut amicorum interest scire, Ou pour nous, ou pour nous amis il est expedient de scauoir. Quid tua id refert? Ineptum

G 2 nimis



nimis est, *Quid habes tu ad faciendum?*

*Non est meum contra auctoritatem præceptoris dicere, Il ne pas a moy de dire contre l'autorité du regent.*

*Cuius refert doceri, eius est idoneum magistrum deligere.*

*Dicimus etiã, Magni mea intererat. Mea nihil refert: dum potiar modò, Il ne m'en chault, mais que ien iouysse, mais que ie laye.*

*Itẽ in prima & secunda declinatione, numero singulari, loci minoris proprium nomẽ, in quo esse, aut agi aliquid dicitur, cum omni uerbo absolute construi potest in genitiuo.*

*Vixit Romæ, Eggit Lugduni, Lutetia florent bonæ literæ.*

*In tertia uerò declinatione, aut plurali tantũ numero, in ablatiui.*

*Vt, Militauit Carthagine, Claruit Athenis.*

*Etiã appellatiua hæc ponuntur in genitiui.*

*Iacet humi. Domi, belliq; uiximus. Domi nostræ coenauit: non autem, domi pulchræ, sed in domo pulchra.*

*Cætera appellatiua, aut propria maiorum locorum ponuntur in ablatiui cum præpositione.*

*Vt, Commorabar in suburbano, Dixi horarias in templo. Minora loca, sunt urbes seu oppida, castella, pagi seu uici. Maiora, regiones, prouinciæ, insulæ.*

#### DE DATIUI.

*Quæ uerba exigunt datiuum?*

*Cuiuscunque generis uerbum habere potest etiam præter alios casus datiuum significantem personam siue rem, in cuius gratiam, uel honorem, uel commodum, uel horum contrarium*

*actio*



actio uerbi cedit. Vt, Nequicquam sapit, qui sibi non sapit. Pour neant est sage, qui n'est sage pour soy.

Mihi istic nec feritur, nec metitur, Je ne fais icy aulcunement de mon proufit. Omnia tibi faciam, & obsequar, quæ uoles, Je feray tout ce que tu uouldras.

Si quid peccat, mihi peccat, Sil fait faulte, il a fait a mon domma-  
ge. Serua tibi, non, pro te. Cui uiuis? id est, in cuius gratiam  
uel honorem?

Viuit deo, Il est tout a dieu, Il est tout de dieu, Il ne fait rien  
que pour luy, Il est tout pour luy, cest a dire pour dieu.

Atq; hoc est, quod dicunt uerbum acquisitiue poni.

Quid mihi succenses, seu irasceris? De quoy es tu marri contre  
moy? Semper mihi reclamationes, & obstrepis, Tu es tousiours  
contre moy. Item contingit, accidit, euenit, usu uenit, obigit,  
uacat, congruit, cessit, cecidit, obuinit, & uertit. Atq; hæc po-  
strema ferè cum aduerbio bene aut male, ut, bene cessit tibi, &c.

## D E A C C U S A T I U O.

Quæ uerba exigunt accusatiuum?

Omne uerbum actiuum eius naturæ est, ut à  
nominatiuo personæ agentis feratur in accusa-  
tiuum personæ patientis.

Vt, Non abigo, non exigo te, Je ne te chasse point.

Non exclusi te foras, Je ne tay point fermé dehors.

Tu refers mihi patrem, Tu me ressemble ton pere.

Appendi lardum meum, Iay poise mon lard.

Pendit uiginti libras, Il poise uingt liures.

Pisces istos pulchrè macerato, Detrempe bien ces poissons.

Currus bouem trahit, Gallicum prouerbium est, La charrue ua  
deuant les boeufs.

Sequamur CHRISTVM. Amplectamur Euangelium.

Quid uocas personam agentem? Rem quæ agit id quod uer-

G 3

bum



bum significat.

Quid patientem? Rem quæ in se illud agi sustinet, id est, quæ illam actionem recipit. Vt quum dico, ignis urit lignum, ignis quantum hic attinet, est persona agens, quia est res, quæ id agit, quod uerbum significat: lignum, est persona patiens, sic enim loquuntur Grammatici, quia est res, quæ in se recipit id, quod ignis agit. Et huiusmodi uocatur persona constructionis. Nam sermonis persona ea est, de qua supra in Pronomine egimus.

Actiua sunt, quæcunque ex omni genere actionem significant. Atque ex his sunt, quæ præter accusatiuum personæ patientis, adsciscunt sibi etiam alterum accusatiuum rei.

Vt, docui te honesta.

Si te ueritatem exigant, quid dicēs?

Erudij te bonas literas.

Pacem te poscimus omnes.

Precor te ueniam. Percontor te unum. Hortor te uirtutem.

Hoc te uehementer rogo.

Sunt quæ posteriorem accusatiuum mutant ablatiuo sine præpositione. Vt, Induo te uestem, & induo te ueste. Erudio te, literas, & literis.

Quædam cum præpositione, ut oro, quæro, flagito, rogo, interrogo, posco, postulo, precor, sciscitor, percontor hoc abs te.

Porro quinque uerba impersonalia actiue uocis, poenitet, tædet, miseret, pudet, & piget à fronte postulant accusatiuum, & à tergo genitiuum uel infinitiuum.

Vt, Poenitet nos huius rei. Cuius? Nempe, te non adfuisse. Neminem miseret mei, Aulcun na pitie de moy.

DE



## DE ABLATIVO.

*Quæ verba exigunt ablatiuum?*

Passiua omnia exigunt ante se nominatiuum personæ patientis, & post se ablatiuū cum præpositione à, uel ab, personæ agentis, aut nōnunquam datiuum ablatiui loco.

*Vt, Deferor ab amicis. Superor ab æqualibus. Honesti bonis uiris, non occulta quærentur, id est, à bonis uiris. Sunt mihi reperi ti capreoli, id est, à me. Post passiua participia frequentior datiuus quàm ablatiuus, dilectus deo, nulli cognitus, frequentius, quàm à deo dilectus, à nullo cognitus, &c.*

*Hoc fit à Deo. Vaneō ab hoste. Supellex ista à nemine licuit. Vapulauit à præceptore. Osculor à matre. Passiua, id est, quæ agi in se aliquid significant.*

Inter actiuum autem in o, & eius passiuum in or, ita conuenit, ut ex actiui nominatiuo fiat passiui ablatiuus cum præpositione à uel ab; & ex accusatiuo illius fiat huius nominatiuus; Hoc est, ut eadem persona sit agens in passiuo, quæ est in actiuo; & eadem utrobique patiens. Casus autem qui ab actiuo exiguntur, supra nominatiuum & accusatiuum, non mutantur, sed manent in passiuo.

*Vt, Doceo te grammaticen, Tu doceris à me grammaticen. Imbuo te bonis moribus, Tu imbueris à me bonis moribus.*

*Sunt ne quibus accusatiuus, aut ablatiuus in eundem sensum addi potest?*



Tempus quantum, aut quādiu, quamdudum, quampridem, in accusatiuo seu ablatiui: Tempus quādo, aut quo, aut quāto, pro intra quātū, in ablatiui tantū cuiq; uerbo succedere potest.

Vt, Totos tres annos uersatus sum in dialecticis, aut tribus annis. Professus est triennium, & triennio: decem menses, & decem mensibus, Il a regenté trois ans, &c. Iam seculum uideor te non uidisse, Il me semble quil ya cent ans que ie ne t'ay ueu. Quandiu egisti Lutetia? Annū cum dimidiato, hyemem totam, uel anno, &c. Quandudum uenisti? Ab hinc horam.

Quampridem conscendisti nauem? Quampridem mortui sunt tibi pater & mater? Ab hinc octo dies uel octo diebus.

Quā mox cocta est coena? Dicy a combien est prest le soupper? Iuxta regulam respondere potest, Ab hinc semihoram, Dicy a demie heure. Quando dabimus illi operam? id est, quando illum audiemus? Hora prima pomeridiana.

Sesquianno postquā Parisios uenit, magistri titulo decoratus est, Vng an & demi apres quil est uenu a Paris, il a este fait maistre. Paucis antē diebus quā ad te scriberem, frater noster excessit ē uita. Quo tēpore purgantur maria? Plenilunio. Quanto tempore istud feceris? Triduo, quadriduo.

Quoto ab hinc die celebrabimus Hilaria? Dicy a combien de iours ferons nous caresme entrant? Octauo ab hinc die.

Potest autem interuenire praepositio.

Vt, Ante duos annos rem hanc confeci, Il y a deux ans que iay fait cecy. Post duos dies lenita est tempestas, Deux iours apres le temps fut appaisé.

Ad quem diem profecturus est? Quel iour sen doit il aller ou partir? Ad diem praescriptum pecuniam ei numerabo, Je luy bailleray argent au iour dict.

In tempore ipso adueni, Je suis uenu bien a point.

Per



Per hos totos dies nihil aliud, quàm aut potauit, aut choreas duxit, Tous ces iours il na fâict aultre chose que chopiner ou mener les dances.

Item per postquàm sic dicitur.

Mensis hic agitur iam septimus, postquàm ad te uenit, Il ya desia sept mois quil est uenu uers uous.

Distantia item & spatium cum adiectiuis nominibus & uerbis in accusatiuo uel ablatiui idem construuntur.

Vt, Lugdunum abest hinc iter uel itinere octo dierum.

Patet area quoquouersus pedes triginta, La court ha de largeur trente pieds de tous costes.

Non discedit latum unguem, seu transuersum digitum ab hoc precepto, il ne passe pas ceste doctrine ou ceste regle du large dung ongle, ou du trauers dung doigt. Latis tres pedes mensas fecerunt. Nam spatium ferè per accusatiuum effertur.

Quibus uerò addi solet tantum ablatiuus, atque is sine ulla præpositione.

Cum omni genere uerborum instrumentum quoduis, Item causa efficiens, Item actionis modus, Itemq; materies, cōstrui solent in ablatiui sine ulla præpositione.

Candefacies lintea lixiui, & insolatione, Tu blanchiras les lincieulx par lexiue, & par les mettre au soleil.

Hoc absterge aqua, Nettie cecy avec de leaue.

Tabescit mœrore, Il seiche dennuy.

Liberatus sum opera tua. Barbarum est, medio tuo.

Gaudeo eius causa, Je suis ioyeulx pour lamour de luy.

Lachrymabat gaudio. Aeque animo feras aduersa.

Nollem testis, nollem hospitio recipere furem, Je ne uouldroie

G 5

pas lo



pas loger ou habberger ung larron. Nullo pacto fieri potest.  
 Exitu comperientur omnia. En la fin tout se trouuera.  
 Explebo eius animum gaudio. Muta mihi scutatum solidis,  
 Change moy ung escu a des soulz. Cambio barbarum est.  
 Vtere libro meo, quandiu uoles, Sers toy de mon liure tant  
 que tu uouldras.

Et uerba quidem quæ motum ad aliquem locum quoquo pacto significat, proprii nominis loci minoris, & horum appellatiuorum rus, & domus, accusatiuum flagitant absque præpositione.

Vt, *Eo Lugdunum. Sal aduehitur Condrieum. Hoc perlatum est Auenionem. Aufer istud domum. Rus hunc abigam.*

Aliorum uero appellatiuorum, aut propriorum maiorum locorum accusatiuum etiam recipiunt, sed non sine præpositione. Vt, *Confero me in Franciam. Comportantur in forum. Nauigat in Siciliam.*

Sed quæ motum per locum, aut de loco significant, proprii nominis loci minoris, & appellatiuorum rus & domus, ablatiui etiam sine præpositione postulant.

Vt, *Transiui Gratianopoli. Venio Lutetia. Profecti sunt hi Auenione. Profectus est, mouit Turnone, Il est parti de Tournon. Venit rure. Egreditur domo.*

Aliorum autem appellatiuorum aut priorum nominum maiorum locorum ablatiui etiam recipiunt, sed accedente præpositione, utique quæ significant de loco; nam quæ per locum significant, accusatiuum intermedia præpositione flagitant.

Vt,



Vt, Eum abduxi è ganeo, Je lay tire dung cabaret. Ab Italia nihil aduehitur librorum. Ex ædibus nostris modò prodijt. Per Siciliam tendebat in Latium. Transít per templum, per aream, &c.

At uerò sum, es, est, quotuplicem cōstructio-  
nem habet: Quintuplicem: Primò construitur  
cum genitiuo possessiue.

Vt, Hoc pecus est Melibœi. Possessiue: id est, cum genitiuus ille  
possidentis personam exhibet.

Secundò construitur cum datiuo acquisitiue,  
& cum per uerbum habeo interpretatur.

Vt, Ne mihi Suffenus essem, Affin que ie ne fusse ung fol uan-  
teur, & glorieux.

Ne nulli sis amicus, neq; multis, Entretiës peu & de bons amis.  
Est mihi liber, id est, habeo librum. Et, Non est salus homini, id  
est, homo non habet salutem.

Assumit identidem alterũ datiuum accipien-  
dum (ut uolunt) pro accusatiuo cum præposi-  
tione ad, uel in.

Vt, Fuiſti mihi præsidio. Fuiſti mihi auxilio. Negotium meum  
non est tibi curæ, Tu ne tiens compte de mon affaire.

Hoc tibi erit usui, Cecy sera a ton prouffit.

Erat alicui rei, il estoit bon a quelque chose.

Ea res tibi est lucro, honori, infamiae, ignominiae, dedecori, orna-  
mento, indicio, argumento, documẽto, exemplo, id est, in lucrum,  
honorem, &c.

Nec in uerbum Sum, es, est, modò: sed in alia  
quoque non pauca uerba huiusmodi duplices  
datiui cadunt appositissimè.

Vt,



Vt, Relinquo tibi pignori ueste, Je te laisse ma robe en gaige.  
 Do tibi pignori libros, Je te baille en gaige mes liures.  
 Misit mihi caseum dono. Muneri accepi à patruo thoracē undu-  
 latum, J'ay eu en don de mon oncle ung pourpoint de camelot.  
 Id sibi habet studio. Id sibi laudi putat.  
 Do tibi uitio. Verto tibi uitio, id est, uitupero.  
 Habes me despectui, despiciatui, frustratui.  
 Habent omnia sophistæ quæstioni. Datur nuptui uirgo.  
 Canit receptui. Il sonne à la retraicte, ou il fait fin.  
 Item, natus est opprobrio, laudi, ludibrio, gratijs, musis, &c.

Tertio, Sum, es, est, assumit accusatiuum cum  
 præpositione.

Vt, Non fuit is apud te. Facultates meæ sunt penes tutorē,  
 Mes biens sont entre les mains et en la puissance de mon tuteur.

Quarto, Siquid ex his quæ sunt animi aut cor-  
 poris, cuiuspiam per adiectiuum laudis aut uirtu-  
 perij tribuimus, hic uerbum Sum, es, est, abla-  
 tiuum habet, aut etiam genitiuum.

Vt, Non ita sum acri ingenio & acris ingenij: Tu es obtusi  
 capitis, & obtuso capite.

Quinto, iungitur ablatiuo interueniente præ-  
 positione. Vt, Non sum in culpa, Je nen peuls mais.  
 Non sum in causa, Je nen suis pas en cause.

Præterea, Sum es, est, plerumque intelligendum  
 est in oratione: Vt, Gloria tibi domine.

IMPERSONALIA PASSI-  
 VAE VOCIS.

Quid impersonalia passiuæ uocis, quam constructionem hæc  
 etiam habent?

Imper



Impersonalia passivæ uocis cum significant actionem cum quadam generalitate, nullo indigent anteriore casu; quanquam generalitatis illius restringendæ gratia, eis aliquando præponitur ablativus cum præpositione à, uel ab. Post se autem à neutris quidem acquisitiuis profecta, dativum assument.

*Vt, Servitur tyrannis, Benefit multis à principe.*

Alia non habent casum, nisi quem supeditat præpositio.

*Vt, Itur in antiquam sylvam, Luditur de tuo corio, Viuitur in diem.*

#### INFINITIVA PERSONALIVM.

*Infinitivorum autem constructio quæ?*

Infinitiva verborum personalium, quæ ante se casum habent, duntaxat habent accusativum: post se uerò casus suorum verborum.

*Vt, Hæcine flagitia facere te? hæc te admittere indigna genere nostro?*

Excipitur infinitivum esse; nam hoc casum post se habet simile ei, qui ipsum continuo præcedit, etiam si is aliunde pendeat.

*Vt, Ego precor esse tuus. CHRISTVS dedit omnibus esse beatis. Apparet hunc esse servum domini pauperis.*

Latine tamen dicitur, *Expedit vobis bonos esse, & tibi licet esse fortunatissimum.*

Quid aliorum verborum ite similes casus antecedentiū, hoc est, obtinentiū vim substantivi verbi infini



bi, infinitiua, non etiam excipiuntur: Non opinor: ferè enim ad hunc modum construuntur: Non possum resistere solus. Spero uideri tibi amicus. Gaudeo illum haberi doctum.

INFINITIVA IMPERSONALIVM.

Porro impersonalium infinitiua, quid? Hæc constructione à thematis non differunt.

Vt, Quis non uidet moris esse, præferri uitiosa rectis? Scit illum poenitere peccati.

Iam uerò in summa, à quot partibus orationis exiguntur infinitiua? Duabus. A quibus? Nomine, & Verbo.

Nomine: ut, Audax impingere colaphum, Qui est audacieulx a donner ung soufflet. Timidus uapulare, &c.

Itè, Facile est iugulare mortuū, Il est aisè tuer ung homme mort. Operæpretium est audire eorum stultitiam, Cest ung passe temps douyr parler de leur sotise.

A uerbo actiuo: ut, Cupio illum prouehi, Je desire quil soit auancé. Cogito ab eo inire gratiam, Je pense dentrer en sa grace. Negat sic esse, Il dict quil nest pas ainsi.

A passiuo: ut, Creditur fecisse illos uersus. Nō uideris mihi recte intelligere.

A neutro: Quid cessas intrò irrumpere? Quattendés uous de uous fourrer la dedans? Quid cessatis eum adloqui? Pergis esse Demea, Tu continues estre ung terrible homme, ou ung chagrineulx.

A deponenti: ut, Molitur oppugnare. Inficior me fecisse. Reor illum bene tibi uelle. Iandudū aliquid ruri agere arbitror.

Ab impersonalibus: Non uacat audire. Cœpit non conuenire inter Christianos. Perueniri ad summam, nisi ex principijs, non potest.

Gerun



## GERVNDIA ET SUPINA.

Gerundia seu participialia uerba, & supina quem præ se casum, quem post se exigunt?

Gerundia & supina ante se nullum prorsus exigunt casum, post se autem quæ actiuam significationem habent, eosdem casus admittunt, quos habent uerba, à quibus descendunt.

Vt, Venio ad spectandum ludos. Eo seruitum tibi.

Quæ uero passiuam significationem præferunt, respuunt omnem casum.

Vt, Vrit uidendo foemina, id est, dum uidetur. Turpe dictum, id est, ut dicatur.

Nam posteriora supina in u, semper significant passiuè: eorumque omni exigentia carent.

Gerundia quot casibus uariantur? Quinq; Nominatiuo: ut, Petendum est pacem ab rege.

Genitiuo: ut, Certus eundi.

Datiuo: ut, Non sum tibi soluendo.

Accusatiuo: ut, Inter cenandum.

Ablatiuo: ut, In tribuendo suum cuique.

Cui debetur gerundium nominatiui casus? Verbo substantiuo acquisitiuè, & resoluitur in opus est, seu oportet, & infinitiuum sui uerbi.

Vt, Iterandum est ista, id est, opus est, seu oportet iterare.

Quibus adheret gerundia in di, genitiui casus? Certis quibusdam nominibus substantiuis.

Vt, Hoc ego ad te non tam cognoscendi quam emendandi causa transmissi. Ocasio scribendi. Non est nunc narrandi locus.

Item paucis adiectiuis.

Vt, cer



*Vt, certus cundi, gnarus bellandi, cupidus uisendi te.*

Quibus iunguntur gerundia in do, datiu casus?  
Hæc sunt admodum pauca, & ad hunc modum  
ferè habent.

*Tibi soluendo non sum, Je ne suis pas suffisant a uous paier.  
Cum est inficiando accusatori reus, Quant le defendeur ou ce-  
luy qui est accusé peult nier a laccusateur.*

*Mala hæc nondum comedendo matura sunt. Ces pommes ne  
sont pas encores bonnes a menger.*

A quibus pendent gerundia in dum accu-  
satiui casus? Ab his præpositionibus, ad, inter,  
ante, ob.

*Vt, Ad dicendum locus ornatissimus est uisus.  
Inter legendum uenit in mentem mihi, quod de lemurbus in-  
audieram, En lisant, ou ainsî que ie lisoie, il m'est uenu en mea-  
moire des esperits desquelz iauoie ouy parler.*

Quibus adduntur gerundia in do, ablatiu casus?  
Quibus seruiunt præpositiones, in, de, è, uel ex,  
à, uel ab, cum pro.

*Vt, Huius interfecto si esset in confitendo, apud Ciceronem.  
Cogitabat de redeundo in patriam.*

*E uel ex defendendo, quàm ex accusando uberior gloria com-  
paratur. Verbum dictum est à uerberando.*

*Deterres eum à discendo, Tu le destournes d'apprendre.*

*Ratio rectè scribendi cum loquendo coniuncta dicitur.*

*Pro uapulando quid pretij auferam? Que gagneray ie pour  
estre batu.*

Mutantur gerundia in nomina adiectiua,  
quæ gerundiua Grammatici uocant, idè ad  
orna



ornatum.

Vt, Non est tempus imperandi pecuniam, uenustius imperan-  
da pecunia. Cōplures uineas oportet esse ad præbendum tantos  
reditus uini, & ad tantos uini redditus præbendos, Il faudroit  
quil y eust plusieurs uignes pour telle rente de uin.

In accipiendo beneficium, & in accipiendo beneficio tenetur  
quis agere gratias: tenetur, est tenu.

Supina in um, quibus iunguntur: Verbis aut  
participijs uel apertum uel latentem motum sig-  
nificantibus.

Vt, Cur te is perditus? Eo quesitū Petrū. Mitto emptū panem.  
Datur illa hodie Pamphilo nuptum. Venūdantur libri à biblio-  
pola. Admissus est spectatum.

Supina in u, quibus: Certis quibusdā noībus.

Vt, Res digna memoratu. Optimum factu reor, Je pense quil  
sera bien fait. Iucundum uisu.

#### PARTICIPII CONSTRUCTIO.

**Q**Væ est participiorū natura? Vt posteriorū  
suorum uerborū constructionē imitentur.

Vt, Amans uirtutem, amaturus literas, amatus à præceptore,  
amandus à te, & tibi. Volens fugere. Abiens pransum.

#### REGVLA GENERALIS.

Vbi significatio est eadem, ibi eandem oportet esse & con-  
structionem.

#### ABLATIVI CONSEQVENTIAE.

Francisco primo Gallos regente; unde pen-  
dent hi ablatiui? Nō aliundè. Quomodo igitur  
construuntur? Nimirum absolute; & resoluun-  
tur per cum, si, dum, postquàm.

H

Vt,



Vt, Animante tuba galeatum serò duelli Pœnitet: id est, cum,  
uel si, uel dum, uel postquam animat tuba.

Semper ne oportet alterum illorū esse à participio: Etiam.

Atqui dixit Cicero pro Milone, Quinimo nondum libera ciuitate, tamen populi Romani comitijs liberatus est. Hic neuter ablatiuorum est à participio. Respondeo, In id genus orationibus subaudiri ablatiuum ente, ut sit sensus, Ciuitate ente libera. Francisco rege, id est, ente rege: hoc est, cum nondum esset libera ciuitas, & cum Franciscus esset rex.

Cur dicuntur ablatiui consequentia? Quia eis designatur consequentia quædam.

Vt, Orto sole dies est, id est, dū sol ortus est, sequitur, ut sit dies.

Potest ne solus ablatiuus participij aliquando ita poni absolute? Præteriti quidem temporis, & generis neutri.

Vt, dicto de participio, dicendum est de præpositione, id est, postquam dictum est. Cuiusmodi participium eleganter etiam in uicem succedit infinitiui: ut, Opus est facto, id est, facere. Curabo adductum, id est, adducere. Quomodo dicitur Latine, Il doit uenir, Il doit lire? Venturus est, Lecturus est.

Item hoc, Il nous le fault prier? Orandus est nobis. Cela te fault faire, Id tibi faciendum est.

#### CONSTRUCTIONE PRÆPOSITIONIS.

**Q**uot casus exigunt præpositio? Duos. Quos? Accusatiuum & ablatiuum. Quæ præpositiones exigunt accusatiuum? Ad, aduersus, &c. Quæ ablatiuum? A, ab, &c. Quæ utrunque sibi



sibi uendicāt. In, sub, super, & subter. Habent ne semper hos casus præpositiones: Habent, duntaxat extra compositionem: alioqui degenerant in aduerbia; ut, præceptor est infrā; propè est dominus; iace extrā. Quis delectus, & quæ obseruatio est in præpositionibus, quæ exigunt accusatiuum: Disces exemplis sequentibus.

Primum, ne dixeris, Iuit apud uos: sed, Iuit ad uos, Il est alle Ad. chéz uous. Nam ad significat ad locum, & ad personam, siue rem quamlibet. Apud significat in loco, uel in persona, nec sequitur uerba motus.

Vt, Pernoctauit apud te, Iay couché chés toy. Apud templū illum conueni, id est, in templo. Il n'est pas uers Pierre, Non est apud Petrum. Et differt à penes. Nam penes significat in manu siue in Penes. potestate & dominio esse, quod non significat apud. Tout ce que iay est entre ses mains, & en sa puissance, ou il est saisi de tout ce que iay, Omnia mea sunt penes illum.

Aduersus & aduersum, id est, cōtra. Ne Hercules quidem aduersus duos. Si recte facis, aduersus ingenium tuum facis, Si tu feis bien, tu le fais contre ta nature.

Cōtra stimulum calcem iactas, Tu regimbes cōtre lesquillon.

Princeps erga populum clemens. Erga, enuers.

Cis Alpes, Deca les mons. Citra Sequanam, Deca la Seine. Citra pontem, Deca le pont.

Accipitur pro sine: Citra Iactantiam, Sans uentance.

Vltra opponitur citra. Vltra pontem, Dela le pont. Vltra Sequanam, Dela la Seine. Trans mare, Dela la mer.

Circiter ad tempus refertur & ad numerum. Circiter Calendæ Februariæ, Enuiron le premier iour de Fevrier. Circiter duo milia, Enuiron deux milles.

H 2

Circum



Circum. A lentour de murs sont les fossés, Circum muros sunt fosses. Circa forum, Circa tres annos.

Intra, dedans. Intra fortunam debet quisq; manere suam.

Extra, dehors. Extra oleas, Hors les limites.

Inter os & offam, Entre la viande & la bouche beaucoup de choses peuuent aduenir.

Obrem tam paruam, Pour une chose si petite.

Ob oculos mors erat, La mort estoit deuant les yeulx.

Propter te casus sum, Iay este batu pour lamour de toy.

Secus uiam, Pres du chemin.

Ante opponitur præpositioni post. Ante domum, & post domum, non, retro. Pone ædem uirginis matris, Derriere leglise de nostre dame. Pone se, Derriere soy.

Supra, contraria eius que est infra. Supra omnes homines, Par dessus. Infra omnes homines, Dessous tous les hommes.

Caue dicas, Infra octo dies, aut infra annum, sed intra.

Iuxta Paulum, Selon saint Pol.

Secundum. En uous est mon esperance apres dieu, In te est spes mea secundum deum.

Versus postponitur suo casui. Portum uersus abimus.

Vsq; etiam postponitur, præsertim ordinatum cum altera præpositione: ut, Ad multam usque noctem. Sed & præponitur: ut, Vsq; in flumen, & usq; somni tempus.

Quis delectus, quæue obseruatio est circa præpositiones, quæ auferendi casum uolunt: A, consonantibus tantum præponitur.

Vt, Venio à Petro: ne dixeris, uenio de apud Petrum.

Ab, uocalibus, & i, cōsonanti, & liquidis l, & r, ut ab Ioāne, ab Ioue, ab legibus, ab re, Sans cause.

Abs præponitur t, & q, ut abs te, abs quiuus homine.

Significant autem motum à loco.

Vt, A



Vt, A' Gymnasio eunt in uicum stramineum. Et motum à persona: ut, Venio à nobis, Je viens de chés nous. Redeo à matre, Deuers ma mere. Item personam agentem, ut doceor ab amicis.

Præterea accipiuntur pro post: ut, Non uidi eum à prandio, Je ne lay pas ueu despuis disner. Ab eo tempore quid factum est? Depuis ce temps la qua il este fait? Et pro de. Il est chés uous, Est à uobis. Il est de la grange, Est à uilla.

Absq; id est, sine. Absque te esset, ego illum haberem rectum ad ingenium bonum. Triuiale est, Si tu non esses, &c. Sil ne fuisse, ieusse bien porueu a mon cas, Absq; eo esset, ego rei meae satis prouidisssem.

Je suis fortuné en toutes aultres choses, si nestoit ceste icy, Fortu natus sumi ceteris rebus, absq; una hac foret.

Cum bonis agas consuetudinem, Hante les bons.

Coram præceptore, Deuant le regent.

Migrat in aduerbium, & significat, quod barbari dicunt, præsentialiter: ut, Cupio tecum agere coram.

Clam patre fecit, Il la fait sans le sceu de son pere.

Non clam me est, id est, non ignoro.

De, significat materiam: ut, Carmen est de bello Troiano, id est, cuius materia est bellum Troianum: ubi ineptè diceretur, à bello Troiano: nam à, nunquàm significat materiam: quare non dicam magnanimus compositum est à magnus, & animus: sed ex, uel de: neq; à, ponitur usquam pro de.

Et tamen contra de, ponitur pro à: ut, Audiui de te, id est, abs te. Emi de Petro, id est, à Petro. De, etiam significat propter: ut, Amat te de uirgine, de munere tuo, id est, propter.

E, & ex, etiam ad materiam referuntur: ut, Anulus ex auro. Iungitur autem è, consonantibus tantum: ut, E renibus laborat, Il a mal aux reins. Ad hunc modum, laborat è capite, è pectore.

Ex, & uocalibus, & consonantibus: ut, Ex usu tuo, meo, suo, nostro, id est, ad utilitatem tuam, meam, &c.



Ita, è re tua, sua, illius, & è dignitate uestra, &c.

Viuo ex sententia, Je uis a mon plaisir, ou a ma fantasia. Selon mon cueur, Ex animi sententia. Significat etiã post. Ex illo non adiui patrum. Barbarorum infantissimi hic usurpant depost, uel extunc. Je ne le uis depuis, Ex eo, siue ex illo eum non uidi. Combien y a il de iours que tu es uenu? Quotus dies est, ex quo uenisti: siue, Quotus dies est postquam uenisti?

Pro te hoc non facerem, id est, tua causa.

Significat etiam ante: ut, Quidam pro foribus te conuentum expetit, Quelcun deuant la porte ueult parler a uous.

Infinitiuus ponitur pro nominatiuo, id est, loco nominatiui.

Præ oculis, id est, ante oculos: &, Supina nullũ præ se casum uolunt. Præ se fert fiduciam, Il se montre assésuré. Præ se fers magnam grauitatem, Tu monstres une grande grauite.

De force de paour il n'ose parler, Præ metu loqui non audet.

Præ nequitia, præ luxuria, præ amore.

Præ studio literarum dormire non potest, De force de lestude & affection quil ha aux lettres, il ne peult dormir. Præ te alios nihili facis, Tu nestimes riens les aultres au pris de toy. Præ manu nihil tibi dabo, Je te donneray riens deuant la main.

Tenus postponitur semper suo casui. Capulo tenus, Iusques au manche. Mento tenus, Iusques au menton.

Construitur etiam cum genitiuo plurali nominis significantis res geminas, aut singularem numerum desiderantis: ut, Aurium tenus, nuptiarum tenus.

Quis delectus, & obseruatio est in ijs, quæ nunc accusatiuo, nunc ablatiue gaudent?

Nam in, ubi est motus ad rem siue locum, item ubi diuisione aut mutatio in aliquid significatur, accusatiuo iungitur.

Vt, Hæc uia fert in urbem, Ce chemin ua a la uille. Cicero inuectus est in Antonium. Commoda mihi librum in quatuor dies.

Ne dix



Ne dixeris, pro quatuor diebus.

Non peto nisi in unū diem. Alium famulū quærito in hunc diem,

Cerches ung aultre uarlet pour aujourd'hui.

Servato aut emito perdicem in cœnam, pour le soupper.

Ei dicas in aurem, Dis luy a l'oreille.

Redijt in gratiam cum socio, Il est retourné en grace avec son compaignon. Scinditur incertum studia in contraria uulgus.

Erasmus phrasin Græcam feliciter uertit in Latinam.

Pro erga:ut, Multa in me contulisti beneficia.

Cum uerò significatur in loco siue in re quippiam aut agi, aut esse, In, ablatiuum adsciscit:ut, Nunquàm uersatus es in schola Parisiensis Prodeambulemus in basilica palatina, Pourmenons nous parmy la salle du palais.

Sub, accusatiuum requirit cum motum ad rem, siue locum, item quum paulò antè uel circa, aut etiam paulò pòst significat:ut, Descenditur sub terram. Non cadunt hæc sub oculos. Sub horam prandij exercetur iuuentus commissionibus, seu conuerstationibus literarijs. Vulgò dicitur, Fiunt quæstiones paulò ante prandium. Sub lucem exportant calathis, id est, circa lucem adueniente die. Sub rem diuinam examinantur prælecta, id est, paulò pòst. Vbi autem nihil tale est, ablatiuo gaudet:ut, Pernoctauit sub dio, Iay couché au descouuert, ou a la lune. Recubas sub tegmine fagi.

Super, opponitur præpositioni subter. Et ubi est motus ad rem siue locum, iungitur accusatiuo:ut, Super Garamantas & Indos Proferet imperium. Vbi motus non est, accusatiuo & ablatiuo indifferenter apponitur: ut, Poteris mecum requiescere super fronde uiridi, & super frondem uiridem. Significat & de, sed tum coniuncta est ablatiuo:ut, Multa super Priamo rogitas, id est, de Priamo.

Subter, cuius una est significatio, eaq; contraria ei, quæ proprie est super, sine delectu, aliàs accusatiuo coheret, aliàs ablatiuo:



tiuo: ut, Subter aquas, aut subter aquis pulchrè urinatur, Il plonge gaillardement, ou il nage entre deux eaves.

## CONSTRUCTIO ADVERBII.

**C**Um quot casibus construatur aduerbium?  
Cum quinque, nominatiuo, genitiuo, datiuo, accusatiuo, & ablatiuo.

Quænam aduerbia construuntur cum nominatiuo & accusatiuo?

Aduerbia demonstradi, En improbitas, En quatuor aras. Ecce tibi status noster. Tibi datiuus est generalis. Ecce rem. En, exprobrandi tantum accusatiuum uult: ut, En astutias. En animum bonum: ironicè.

Quænam construuntur cum genitiuo?

Primo aduerbia temporis: ut, Tunc temporis, alors. Interea loci, id est, temporis. Pridie eius diei, Le iour deuant. Postridie Resurrectionis, Le iour apres la Resurrection.

Construuntur etiam duo hæc posteriora cum accusatiuo. Vt, Pridie & postridie Calendas Februarij. Item cum particula quàm, & sine casu: ut, Pridie quàm pateretur, CHRISTVS comedit pascha cum discipulis, Le iour deuant que nostre Seigneur souffrist, &c. Et sine quàm etiam. Venit ad me postridie clamitans, &c. Le iour apres il uint à moy crient.

Quæ sunt aduerbia temporis interrogatiua? Quando, quando, quandudum, quampridem, quam mox, quoties, quousque.

Sunt & aliæ percontandi formulæ, Quanto tempore, Quotum ab hinc, Ex quo, In quo, & Intra quod.

Quæ redduntur quando? Heri, cras, pridie, postridie, perendie, apres le lendemain: nudiustertius, nudiussartus, &c. diu, noctu, interdiu, iam, nuper, aliquando, aliàs, olim, dudum, pridie, tum,



tum, quum, statim, continuo, ilico, antehac, posthac.

Quid elegantie est in adverbio quum? Disces è sequentibus exemplis. Il y a deux ans, quil commence estre avec moy, Bien-  
nium est, quum mecum esse cœpit.

Il ny a pas long temps, que les dents luy sont tombees, Haud diu  
est quum illi dentes exciderunt.

Il y a sept mois que personne na mis ceans le pied, Septem men-  
ses sunt, quum in has ædes pedem nemo intrò detulit.

Le temps uiendra, que tu ten repentiras, Aderit, quum te pœni-  
tebit. Iay tousiours désiré ce iour que tu eusses quelcun qui  
tappellast pere, Hunc uidere semper optaui diem, cum ex te esset  
aliquis, qui te appellaret patrem.

Si ullum unquam fuit tempus, quum tibi gratum fecerim: que so-  
te, hanc mihi dato ueniam, Fais moy ceste grace.

Il y a trois iours quil na fait que dormir, Tertius hic dies est,  
quum interea nihil aliud quam dormitauit.

Quæ respondentur ad quandiu? Tantisper, paulisper, pa-  
rumper, semper. Caue dicas, Da mihi parumper uini, sed parum:  
dicas autem, Mane parumper, & resiste paulisper, Arreste toy  
ung peu.

Quæ respondentur ad quàm mox? Statim, citò, iam, nunc, &c.

Quæ respondentur ad quoties? Sæpe, raro, subinde, nunquam,  
plerunque, cottidie, toties item numeralia, semel, bis, ter, quater,  
quinqies, sexies, & sic deinceps.

Quæ respondentur ad quousque? Hactenus, adhuc, in diem, in  
horam, hucusq; &c.

Secundo cū genitiuo consruunt aduerbia loci.

Vt, Vbi terrarum esses, ne suspicabar quidem. Vbiuis gen-  
tium, quoquo terrarum, nusquam gentium. Quò miserie deue-  
nimus? Eò impudentie, cò temeritatis uentum est, id est, ad eam  
impudentiam, temeritatem. Huccine rerum uenimus? id est, ad  
has ne res? Eò loci redactus est status noster.

H 3

Que



*Quæ sunt quæsitiva aduerbia loci? Vbi, id est, in quo loco. Vnde, id est, à quo loco. Quò, id est, ad quem locum. Quà, id est, per quem locum. Quorsum, id est, quem locum uersus. Quousq; id est, quem locum usq;.*

*Quæ respondentur ad ubi? Hic, istic, illic, ibi, intus, foris, utrobq; passim, nusquam, suprà, infrà, subtus.*

*Quæ respondentur ad unde? Hinc, istinc, illinc, inde, èminus, còminus, alicunde, undecunq; supernè, infernè.*

*Quæ respondentur ad quò? Huc, istuc, illuc, eò, illò, aliquò, quoquò, quocunq; intrò, foras, peregrè, suprà, infrà.*

*Quæ respondentur ad quà? Hàc, istàc, illàc, quaquà, quacūq; quaquauersus.*

*Quæ respondentur ad quorsum? Horsum, istorsum, illorsum, quoquouersus, sursum, deorsum.*

*Quæ redduntur ad quousq;? Hucusq; istucusque, illucusque, eousque, aliquousq;.*

*Quis de his omnibus traditur canon?*

*Aduerbia localia seu quietis, seu motus significationē præferentia, uerbis aut participiis adduntur, quorum significatio ad eundē motū aut quietem pertineat: ut quum absit motus, dicamus, fui, amaui, docui illic, &c. Si adsit motus, atq; is ad locū, dicamus, illuc ueni: Si per locum, hàc iter facit: Si de loco, hinc profisciscuntur.*

*Tertio construuntur cum genitiuo aduerbia quantitatis. Satis uirium, parum animi.*

*Multum, paulum, paululum, dum aduerbia modò sint.*

*Abunde cruditioris. Assatim lignorum, Aforce bois.*

*Singulare est, minime gentium, pro nequaquam. Instar montis.*

*Instar mortis est hoc pati, Cest autant que mourir dèdurer cecy.*

*Porro*



Porro ut summam celeriter comprehendā, Sunt in aduerbijs, quæ à quibus deriuantur, datiuum accipiunt: ut, Venit obuiam illi: nā obuius illi dicitur. Canit similiter huic, sicut similis huic.

Comparatiua etiam, & superlatiua constructionem seruant nominum, unde profecta sunt.

Vt, Melius te dicit, id est, quàm tu. Plus quingentis colaphis. Maxime omnium, &c. Subseruit generalis regula, vbi significatio est eadem, hic quoq; eandem conuenit esse constructionem.

De accusatiuo patuerunt exempla, Pridie Nonas, &c.

CONSTRUCTIO INTERIECTIONIS.

**C**um quot casibus cohæret interiectio? Quatuor: Nominatiuo enim, accusatiuo, & uocatiuo gaudent apponi O, Prô, & Heu.

Vt, O magna uis ueritatis. Prô dolor. Heu dementia.

O insignem impudentiam.

Aliquando tamen hic supprimitur O: ut, Miserrum me.

Prô Deum atq; hominum fidem.

Heu stirpem inuisam.

O Pamphile saluc. Prô Deus immortalis. Heu socij.

Hei autem, & ueh datiuo: ut, hei mihi, ueh tibi pharisæe.

CONSTRUCTIO CONIUNCTIONIS.

**C**oniungūt similes quidem casus, & modos, sed res tamen diuersas, coniunctiones copulatiuæ, & disiunctiuæ, item uoculæ tam, quàm, nisi, præterquam, & ferè aduerbia similitudinis: dum ne diuersum sit regimen.



Vt, Fregisti arcum, & calamos. Semper honos, nomenq;  
tuum, laudesq; manebunt. Paupertas laudatur, & alget.  
Amplectitur tum literas, tum uirtutem. Colit cum eruditos  
omnes, tum in primis Budeum. Hoc Petrus uel Ioannes fecit.  
Seu Claudius, seu Henricus habet.

Vbi regimen est diuersum.

Interest mea, & Petri. E mi caroleo, & pluris.

Vtrius numeri oportet esse ita coniunctos ea  
sus siue modos? Si copulatiua est cōiunctio, plu  
ralis numeri.

Vt, Claudius, & Simon sunt æquales, Ego tuq; scribimus.

Si uero disiunctiua, singularis. Vt, Hoc Plato uel  
Cicero tradit, Aut frater tuus, aut tute sublegisti.

Paradigmata de reliquis.

Tam doctus est, quàm pater fuit. Ne dixeris, est tam doctus,  
sicut tu, sed, quàm tu, nec significat tantum sicut: sed, quantum.

Tam penè cecidi, quàm tu. Nemo nisi stultus ita sentiret.

Auarus nulli rei præterquàm pecuniæ studet. Magnificus quasi  
rex. Superbit tanquam leo, &c.

Quot sunt ordines coniunctionum? Tres. Qui? Præpositiuus,  
Subiunctiuus, & Communis.

Quæ sunt coniunctiones præpositiui ordinis? Et, ac, atq; at,  
ast, aut, neq; nec, si, quin, quatinus, sin, seu, siue, nisi, ni.

Quæ sunt cōiunctiones subiunctiui ordinis? Quæ, ne, ue, qui=  
dem, quoq; autem, uerò.

Quæ sunt cōmunis? Ferè reliquæ, ut equidem, igitur, tamen,  
ergo, &c.

F I N I S.

D I S T I C H O N.

Simplicium ratio prior: altera compositorum.

E membris corpus nōscitur omne suis.



# MODVS EXA-

## MINANDAE CON-

structionis in oratione, Io-

anne Pellissone Con-

driensi autore.



## IOANNES PELLISSO

CONDRIENSIS R. IN CHRI

sto P. ac D. Domino Claudio à Tur-

none, Viuariensi Episco-

po, S. P. D.



**M**E LONGE fecilist quorundam persuasio, antistes amplissime, futurum, ut cum suauissimus nepos tuus Lutetiae mihi curandus esset, nullam tamen in eo erudiendo operam summerem: satis enim profecturum illum, dum frequens, & assiduus in scholis suis uersaretur. Quod nisi me ei præceptorem omnino præbuissem, bonamque diei cuiusque partem cum in cubiculo unà mecum retinuissem: periculum erat profecto, ne temporis, & rei iactura fieret: ita sibi, non pueris delegatam docendi prouinciā gerunt quidam, præsertim qui extremis gymnasiorum classibus præficiuntur. Qua in re, quantum ab eiusmodi hominibus peccetur, non est quod palam faciam: neque enim tutum est, in qua sum naui, hanc ego ut perforem. Itaque elegantissimum nobilissimumque puerum nepotem tuum semper hic, quoad eius fieri potuit, seorsum docui. Quo pacto, quaque uia, è Rudimentis, quæ superiore anno ad utilitatem eius conscripsi, simul ex interrogatiunculis, quibus illum solitus sum exercere in Terentianis comædijs, & epistolis Ciceronianis, coniectiones licebit. De re utraq; editus est libellus. Huc enim me pepulerunt amici, quod dicerent magno puerorum commodo id cessurum, si qui ex parū exercitatis præceptoribus, aut hanc docendi rationem sequerentur, aut exemplo meo adducti, meliorem excogitarent. Ut ut erit, certè & meam in te obseruantiam, & meum in nepotem tuū studium declarauerim. Nam è duobus illis libellis, alterum amplitudini tuæ, alterum adulescētulo dicaui. Nec uerò me



me nominis tui magnitudo deterruit, quo minus sperarim fore, ut boni consuleres, quicquid quoquo modo facerem nepotis tui causa, quem tua pietas honesta conditione diligentiae meae credidit. Quamobrem te exoratum uelim, ut quod mihi de tua humanitate sum pollicitus, id quemadmodum antea in alijs semper, ita nunc quoque in hoc per te mihi liceat experiri. Interea precibus à Deo & domino nostro IESU CHRISTO petam, ut mihi det adolescentulum ita insituere, ad suam ipsius laudem, & sanctissimum animi tui uotum, ut qualem tu eum euadere cupis, talem, id est, bonum & sapientem tibi reddere tandem possim. Bene uale praesul ornatissime. E' Coqueretio apud Parisios, v. Non. Octob. Ann. M. D. XXXIX.

# IOANNIS PEL

LISSEONIS CONDRIENSIS DE  
modo examinandae constructionis  
in oratione, Dialogus.

Interloquutores, Praeceptor, & Discipulus.

PRAECEPTOR.



IC mihi adolescentule, quis tibi enarratur autor? D. M. Tull. Cicero. P. In quo opere? D. In epistolis familiaribus. P. Recita tibi praelecta. D. Ego omni officio, ac potius pietate erga te, ceteris satisfacio omnibus: mihi ipse nunquam satisfacio. Tanta est enim magnitudo tuorum erga me meritorum: ut quoniam tu nisi perfecta re, de me non conquiesci: Ego quia non idem in tua causa



causa efficio, uitam mihi esse acerbam putem. P. Non progrederis ultra? D. Nempe quòd hìc putem esse periodum.

**Periodus qd.** P. Quid uocas periodum? D. Orationis continuationem usque ad id, quo sensus concluditur. Id est, In lectione totam sententiam: seu maius, orationis uelut integrum quoddam corpus.

P. Græcum nomen est periodus? D. Scilicet. P. Quomodo interpretatur Latine? D. Quintiliano autore, uel ambitus, uel circumductus, uel continuatio, uel conclusio. P. Quir ambitus, uel circumductus? D. Quòd in orationis serie ea sit uocum circuitio ac comprehensio, qua & impletur, & absoluitur sententia. P. Quir autem conclusio? D. Quia non prius est periodus, quàm ad extremam clausulam peruentum est. P.

**Eius species.** Quid, periodi quot sunt partes? D. Duæ, colon & comma. Ex his enim constat omnis periodus: siquidem ex commatis fiunt cola, ex colis periodi. P. Non his quoque Latina nomina data sunt? D. Prorsus. Illi membrum: huic incisum. P. Quid

**Membrum.** <sup>μέλος.</sup> appellas membrum? D. Perfectam quidem orationem, sed cuius tamen sensus adhuc pendeat, atque aliud quippiam sibi adiungi postulet. P. Quid incisum? D. Membri partem,

**Incisum.** <sup>κόμμα.</sup> quæ ab eo integro abscissa, per se nihil efficere posset. P. Quenam ea est membri pars? D. Orationis partium structura, cui finitum deest uerbum: aut cui etiam si uerbum adest, sensus tamen non conquiescit, sed ad membrum quasi metam properat, quemadmodum membrum ipsum ad periodum recta tanquam sententiæ uerticem currit, quem ut pertigit, conquiescit: quo fit, ut si quid sequatur, alia sit oratio. P. Quid ergo differunt colon & comma? D. Colon dictum est à corpore abscissum integrum membrum. Comma quasi trunca pars membri à corpore amputata. Corpus autem orationis intelligi uolo. P. In omni colo, quid primum quærendum est? D. Verbum opinor. P. Næ hic scopus est. Conuenit enim ante omnia in uerbum inspicere, quid sibi id uelit, & quid agat: an perficiat



ciat sensum, nec ne: unde, quò feratur, id est, quid ante se, quid post se exigat: quur hunc potius, quàm illum admittat casum: quur alicubi interueniat prepositio: quid ei faciat aduerbium: breuiter quo pacto quæque dictio cum eo constructa sit. Nam ex eo pendent omnia. P. Ceterum quo pacto hæc perspicias omnia: an pro arbitrato, & de animi tui sententia? D. Imò uerò ex certo quodam Grammaticorum præscripto textum in ordinem scholasticum redigam: & quod inuolutum erit explicabo. P. Expecto quid dicas. D. Primum si erit uocatiuus, Vulgaris cō ab eo incipiam. Hinc continuo ueniam ad nominatiuum, quod struendi rati suppositum uerbi didicant. Deinde uerbum ipsum capiam: cuius accedet, si quod aduerbium eius significationem declarabit. Tum casus omnes adiungam, quos uidero constructos cum eo à parte posteriore. Ut ad pauca redeam, Quæcunque dictio alteram adsciuerit, hanc ei præponam. Ita fiet, opinor, ut omnia mihi sint aperta. P. Rectè sentis. Verum non sunt alia, unde isto pacto sententiam ordiare? D. Sunt profecto, & quidem multa: Nempe aduerbia demonstrandi, hortandi, uocandi, respondendi, optandi: quædam temporis, ut cum, dum, quando, quandoquidem, &c. Item aduerbia interrogandi, negandi, eligendi, prohibendi, ordinis, similitudinis. Præterea interiectiōnes, & fere coniunctiones: ab his omnibus initium capit grammaticus ordo. Præcedunt etiam interrogatiua, relatiua, negatiua, diuifum, & antecedens relatiui, cuiuscunque casus fuerint. P. Quur nunc ordinem scholasticum, nunc grammaticum nominas? D. Scholasticum dico, quòd in scholis protritum sit: grammaticum, quòd iuxta canones grammaticos constituatur. neque is est, quo teximus orationem, certe quum ipsi eleganter aut loquimur, aut scribimus: tunc enim tale nihil obseruamus. Nam quomodo loquuti sunt ueteres Latini, alia ratione non habita, loqui studemus. Sed est resolutio quædam textorum, qua docendi gratia in autoribus enarrandis uiuimus.



P. Agedum ergo, in hac periodo, cola quot sunt? D. Sex. P. Cedo quæ? D. Ego omni officio, ac potius pietate erga te, cæteris satisfacio omnibus: primum colon est. Mihi ipse nunquam satisfacio: secundum. Tanta enim magnitudo est tuorum erga me meritorum: tertium. Ut quoniam non nisi perfecta re de me non conquiesci: quartum. Quia non idem in tua causa efficio: quintum colon est. Vitam mihi esse acerbam putem: sextum, in quo est periodus & clausula, id est, totius sententiæ conclusio. P. Quot in eadem sunt commata? D. Tria. P. Fac uideam. D. Nam in primo membro sunt duo. Prius est, Ego omni officio. Alterum est, Ac potius pietate erga te. Tertium est in membro illo, Quoniam tu nisi perfecta re de me non conquiesci. Nisi perfecta re, comma est seu incisum. P. Quæ sunt in his omnibus necessario animaduertenda? D. Ea ipsa quæ in constructione partium orationis requiruntur, conuenientia, exigentia, delectus, ordo. P. Ordina ergo primum colon. D. Ego satisfacio omnibus cæteris omni officio, ac potius pietate erga te. P. Dic uerbum. D. Satisfacio. P. Quid significat satisfacere? D. Satisfacere generale est in præstando, efficiendoq; illud, quo quis contentus sit: uulgus Gallicum dicit contentare. P. Quodnam uerbum est? D. Personale. P. Finiti modi, an infiniti? D. Finiti. P. Cuius? D. Indicatiui. P. Quæ est eius exigentia? D. Exigit ante se nominatiuum personæ agentis eiusdem secum numeri & personæ, & post se datiuum personæ patientis, cum ablatiuo sine præpositione, si sensus exigit. P. Cur addis, si sensus exigit? D. Quia potest carere ablatiuo: ut, Hoc mihi non satisfacit, id est, non explet mihi animum. P. Quis est canon de nominatiuo anteriore? D. Omne uerbum personale finiti modi exigit dimentiu ante se, &c. P. Quis de datiuo posteriore? D. Omne uerbum cuiusque generis habere potest etiam præter alios casus, &c. P. Quis autem canon de ablatiuo sine præpositione? D. Cum omni



omni genere uerborum instrumentum quoduis, item causa efficiens, item actionis modus, &c. P. Ostende eius generis nominatiuum ante uerbum. D. Ego. P. Expressus ne est, an subauditus? D. Expressus est. P. Quur expressus, quum in uerbis primæ & secundæ personæ satis intelligatur nominatiuus? D. Quia in eo est emphasis. P. Quid est emphasis? D. Figura altiore præbens intellectum, quàm quem uerba per se ipsa declarant. P. Hanc ergo monstra hic esse. D. Nam ita capio: O' Lentule, quàm sint in te officiosi alij amici tui, non scribo: sed de me illud tibi affirmo, me amicum tibi talem esse, me in te ita officiosum esse, sic agnoscere, sic in memoria habere tua in me merita, ut dicant quidem omnes, eorum me nihil ommittere, quæ amici gratia, eius quidem, cui plurimum debeas, par sit obire & præstare: sed tamen omnia cum faciam, & nihil intentatum tua causa relinquam, mihi ipse uidear nihil facere, adeo magni pendo, quæ tu mea causa fecisti. P. Ostende conuenientiam. D. Ego, est numeri singularis & primæ personæ: satisfacio, item est numeri singularis & primæ personæ. P. Quid est conuenientia? D. Orationis partium inter se certus in aliquot accidentibus suis consensus. P. Quotuplex est conuenientia? D. Triplex. Nominatiui cum uerbo, Adiectiui cum substantiuo, & Relatiui cum antecedente. P. Ostende à posteriore datiuum. D. Cæteris omnibus. P. Cæteris, quomodo constructum est cum omnibus? D. Sanè in recta adiectiui cum substantiuo conuenientia: utrunq; enim est numeri pluralis, datiui casus, & masculini generis. P. Adiectiui cum substantiuo, atqui utrunq; est adiectiuum. D. Non inficior, si extra hanc orationem accipiantur. Sed hic omnibus, uim obtinet substantiui à nominatiuo omnes, omnium, &c. P. Quid in hoc deputas elegans? D. Quòd ipsum nouissimo sit loco positum: Præceptio namq; est elegantia, Superlatiuus, negatiua nomina, nomē omnis, & quodlibet adiectiuū, quo magnificum quiddam



significatur, post alia ut quum frequentissimè collocari solent. Paradigmata sunt, Non offertur dicendi materies amplissima. Qui suo iure cedere ultro uelit, reperias neminem. Quæ tu dixisti, uera sunt omnia. Alexander ille Magnus. P. Cedò ablatiuum sine præpositione. D. Omni officio: ac rursum hic adiectiuum congruè iunctum est substantiuo in eodem numero, ge-

Officium  
quid.

nere, & casu. P. Quid propriè est officium? D. Quod quisque efficere debet pro suæ conditione personæ, in quo animaduertere oportet, quid loco conueniat, quid tempori, quid rerum aut personarum dignitati: Gallicè, Le deuoir d'ung chascun: ut, In familia bene instituta, omnes in officio esse oportet, En une maison bien ordonnee fault que chascun face son deuoir. Vnde qui officium suum facit, is est, qui rectè facit. Nam officium dicitur quasi efficium ab efficiendo, quod uni cuique personæ congruit. Conuenit autem, ut quisque merentibus uel honorem exhibeat, uel opem ferat: quò factum est, ut officium beneficium dicatur siue obsequium, Honneur, plaisir, seruiçe. Vt, Officij gratia deduximus eum, Nous lauons accompagnè pour luy faire honneur. Item: Quandoquidem tuum in me officium mihi exprobras, nullam tibi habeo gratiam, Puis que tu me reproches le plaisir que tu m'as fait, ie ne ten scay point de gre. Et, Eius in te officia ei rependere non posses, Vous ne luy scauriès rendre les seruices quil uous ha fait. Hinc officiosus. Il ma tousiours fait tout plein de plaisirs & seruices, Semper in me officiosus fuit. Vnde & officiose aduerbium, quo sic licebit uti, Dis a ma mere que ie me recommande a elle, tant humblement que ie puis, Matri meæ salutem, quàm potes officiosissimè, nuntiato. Habes præceptor de nomine officium, quæ dicenda putauit. P. Probo. Caue igitur dixeris seruitium, ad istum quidem sensum: significat namq; hoc idem quod seruitus. Dic, Non functus es amici officio, Non fecisti amici officium, Tu na pas fait ce que ung amy doit

Officiosus.



doibt faire. Nullum tuum erga me agnosco officium, Ie ne sache point que tu mayes fait seruice. Quod in me contulisti officium? Quel seruice mas tu fait, ou quel plaisir? P. Ac, quomodo hic positum est? D. Inter duos ablatiuos, quos connectit. P. Cedò quos? D. Officio & pietate. P. Quo canone eos coniungit? D. Coniungunt similes quidem casus, & modos, sed res tamen diuersas, &c. P. Cuius ordinis coniunctionum Ac? D. Prepositiui. P. Quare? D. Quia postponi non potest. P. Ac potius pietate, est ne hic figura quæpiam? D. Est. P. Quenam? D. Quam Rhetores correctionem appellant, quum id tollitur, quod primò dictum est, & pro eo reponitur, quod magis idoneum uidetur. P. Ablatiuus pietate, unde pendet? D. A tergo uerbi satisfacio, eadem ratione qua ablatiuus officio. P. Pietas quid propriè significat? D. Diuinum cultum, siue obseruantiam quandam, & reuerentiam cum omni Pietas, officio: primum in deum, deinde in patriam, tum in parentes, præterea in propinquos & sanguine coniunctos, postremò in eos omnes, à quibus magnis affecti beneficijs sumus. Græcis est, *εὐσεβία*, & *εὐσεβεία*, quod est pietatem colo, & *βουή*, colo, ueneror, &c. Gallis uernacula lingua, L'honneur & reuerence, la beissance & seruice que nous debuons à dieu premierement, après la charité & amour que nous debuons auoir enuers nostre pais, à nos pere & mere, à tous nos superieurs, à ceulx qui sont de nostre lignage, qui sont nos parens, à tous ceulx qui nous ont fait de grands biens. En somme, lamour singulière & affection que nous auons à quelcun qui n'est en rien inferieur à nous. Pietas enim significat etiam singularem amorem: & plus est longè, quàm officium. P. Vt dicis Latine, Cest ung homme tresdeuot à dieu? D. Vir est summa in deum pietate. In deum admodum pius. Homo pietatis in deum non uulgaris, egregie, eximie. P. Deuotus ergo & deuotio hic non usurpat? D. Quippe quæ barbara sint in eo significatu. P. Dic



etiam Latine, il ha bien aimé son pere & sa mere, & les ha bien serui. D. Pius fuit in parentes. P. Significat ne etiam pietas, quod Gallicè dicitur, pitie? D. Actiue fortasse, passiue non uidetur. P. Quomodo actiue? D. Vt, Non secus in me pius fuit, quam pater in filios, id est, ut exponit Perottus, misericors, benignus. Passiue, Cest grand pitie de cest homme la. Non hic dicam, magna est eius hominis pietas, sed miseria: misera est illius hominis conditio, miser status. Cest pitie de ueoir cela, Miseru est id spectare: res misera est, si id spectes. Il y a pitie en moy, Miser ego sum. Et ien ay pitie, Me miseret eius, illius: non autem, pietatem habeo. P. Iam tandem, quis auctori delictus in his fuit? D. Nimirum, ut officio potius diceret, quam obsequio. Nam officium magis nescio quomodo in eos quadrat, qui se ijs magnopere deuinctos esse fatentur, quorum gratia quippiam faciunt, aut præstant. Et pietate, in quo nomine plus multo ponderis est, quam si dixisset, aut amore, aut obseruantia, aut aliud quiduis eiusmodi. P. Erga, quod genus dictionis? D. Præpositio. P. Quid hic facit? D. Declarat nomen pietate: sic enim est, pietate erga te, id est, quam ego habeo in te, si ita liceret dicere. P. Illud te, cuius casus? D. Accusatiui. P. Quur potius accusatiui, quam ablatiui? D. Quia erga, flagitat accusatiuum, non ablatiuum. P. Quid significat erga? D. Gallicè, enuers quelcun: refertur enim ad personam, non ad rem. Et capitur ferè in bonam partem, nonnunquam etiam in malam. In bonam: ut, Pius erga parentes. In malam, Je n'ay rien mespris enuers nous, Nihil erga te sum commertus, nihil erga te peccaui. Item erga me contumeliosus, Qui me fait tout plein de uillenie & oultrage. P. Quur dixisti non referri ad rem? D. Quia non satis Latinum est, Turbaris erga plurima: dicendumq; circa. P. Profer secundum membrum. D. Mihi ipse nunquam satisfacio. P. Ordina. D. Ipse nunquam satisfacio mihi. P. Ostende uerbum. D. Satisfacio.

P. Nomi



P. Nominatiuum à fronte. D. Ipse. P. Conuenit'ne huic  
satis cum illo? D. Satis. P. Planum fac. D. Ipse, est nomi-  
natiuus singularis numeri, primæ personæ: & satisfacio, est eius  
uerbum, item singularis numeri, primæ personæ. P. Quid, non  
tradunt Grammatici, casus nominandi omneis esse tertie perso-  
næ, præter Ego, & nos, qui sunt primæ personæ, Tu, & uos, qui  
sunt secundæ? D. Tradunt. P. Tenes regulam? D. Te-  
neo. P. Profer in medium. D. Omnia nomina, pronomina,  
& participia sunt tertie personæ, exceptis, &c. P. Qui sit  
igitur, ut illud ipse hic sit primæ personæ. D. Quid quòd idem  
posset esse secundæ, si uerbum esset secundæ? P. Ain' uerò? D.  
Quippe, quòd sit cuiusq; personarum indiscriminatum: ut, ipse  
lego, ipse dormis. P. Da uerbi casum à posteriore. D. Mi-  
hi. P. Quis casus est? D. Datiuus. Nam ut iam dixi, uer-  
bum satisfacio, exigit post se datiuum. P. Est'ne aliud quic-  
quam cum hoc uerbo? D. Aduerbiu temporis nunquam. P.  
A tergo ne, an à fronte? D. Istud quæri non solet de aduerbio,  
sed tantum de casu. Aduerbiu utrobique attexas licet, modò iuxta  
uerbum: huic enim adheret, ut eius significationem explanet  
atque impleat. P. Quid est, mihi ipse nunquam satisfacio? D.  
Non facio ad cupiditatem meam, non expleo mihi animum, non  
facio satis meo tui studio. P. Non'ne satisfacio còpositum est ex  
satis & facio? D. Quid tum postea? P. Nam tu dissoluis com-  
positionem. D. Quid inde dispendij? non'ne itidè dicimus, adeo  
te, & eo ad te? P. Optimè. Perge ad reliqua. D. Vis resoluem  
tertiu colon? P. Si uidetur. D. Magnitudo enim meritoru tuoru  
erga me est tanta. P. Quodnā est uerbū? D. Est. P. Quis nomi-  
natiuus? D. Magnitudo tuorum erga me meritoru. P. At enim,  
tuorum erga me meritoru, nominatiuus non est. D. Esto, sed unā  
sunt cū nominatiuo. P. Qui sic? D. Quippe genitiuus meritoru,  
pendet ex nominatiuo magnitudo: & tuoru, est eius adiectiuum:  
& illud erga me, pēdet ex eodem genitiuo meritorum. Nam sen-  
sus est,



sus est: meritorum erga me, id est, eorum quæ in me contulisti, hoc est, curæ & diligentia, quæ tu in salutem meam contulisti, P. Est ita, ut dicis: sed quur potius genitiuum illum cum nomine, quam cum uerbo construis? nam uerbum est, etiam genitiuum admittit. D. Quia sensus orationis ostendit ad nomen, non ad uerbum referri. Is enim sensus est, ut dixi, Car la grandeur des biens que tu mas fait, &c. Iam est canon, Substantiuum nomen si ad alterum diuersæ rei substantiuum quoquomodo spectat & refertur, cum eo iungitur in genitiuo. P. Consensit adiectiuum cum substantiuo? D. Consentit. P. Demonstrat. D. Tuorum, est adiectiuum numeri pluralis, genitiui casus, & neutri generis. Itemq; meritorum, est substantiuum eiusdem numeri, casus, & generis. P. Quod adiectiuum est tuorum? D. Pronomen. P. Quotuplex est adiectiuum? D. Triplex. Nomen, ut bonus. Pronomen, ut tuus. Participium, ut legens. P. Est ne hic alia conuenientia? D. Est. P. Quæ? D. Nominatiui cum uerbo. P. Ostende. D. Magnitudo est. P. Est tanta, dicis etiam conuenientiam nominatiui cum uerbo? D. Non. P. Quid igitur? D. Exactionem. P. Quapropter? D. Quia is nominatiuus tanta, construitur à tergo uerbi: uerbum enim substantiuum exigit post se nominatiuum, qui ad eandem rem pertinet, quam significat nominatiuus anterior. P. Tamen nec numero, nec persona dissidet ab eo uerbo. D. Sit ita sanè, eo ne continuò uerbum tenebitur conuenire cum nominatiuo posteriore? Minimè uerò, quia uestes sunt lana: non, est lana, dicimus. Atque de hoc præceptum est, Si uerbum substantiuum post duos aliquos nominatiuos diuersorum numerorum ponitur, ipsum conuenit cum proximiore: Si autem inter duos, cum priore tantum: ut, Omnia pontus erat: uerba Dei sunt meditatio Christiani. P. Magnitudo meritorum tuorum, La grandeur de tes biens faits, &c. pulchrè hoc Latine dixisti. Ceterum quomodo dixisti illud, Que tu mas fait? Non enim uisus es mihi



mihi dicere, quæ tu fecisti mihi. D. Ridiculum, quasi Latinam linguam oporteat seruire Gallicè. P. Quid tum postea? D. Nempe quòd nihil æque Latinam linguam corrumpit ac contaminat, atq; si quis hanc ad Gallicam aut aliam peregrinam linguam, uelut obtorto collo trahat, cum eadem sententia efferri ferè soleat aliter Gallicè, aut Hispanicè, aut Germanicè, aut Italicè, aliter Latinè. P. Vbi igitur enuntiatus est sensus iste? D. In præpositione erga, structa cum accusandi casu me. Siquidem, Tanta est magnitudo tuorum erga me meritorum, perinde est, ut iam admonui, quasi dicas, Adeo magna sunt officia, quæ tu in me collocasti, &c. P. Erga præpositio quur structa est cum accusatiuo? D. Quia de grege earum est, quæ seruiunt accusatiuo casui. P. Meritorum quisnam intellectus, an idem qui hic est, Quòd uapularis, meritum est tuum? D. Vide quò sensu dicatur, bene mereri de aliquo: inde enim existunt merita, id est, beneficia, siue quæcunq; præstantur & efficiuntur alterius gratia. P. Dic ergo Latinè, Quant me recompenserás tu de tant de choses que iay fuit pour toy? D. Quando mea in te merita repones, rependes, remetieris? quando meis in te meritis respondebis? P. Resolue quartum membrum. D. Ut quoniam tu non conquisisti de me, nisi re perfectà. P. Ostende uerbum. D. Conquisisti. P. Cuius generis personalium uerborum? D. Neutrius. P. Regulæ ne formatum est? D. Non, sed figura. P. Quanam? D. Syncope. P. Quid est syncope? D. Ablatio literæ uel syllabæ è medio dictionis: ut conquisisti, pro conqueuisti. P. Quem casum adsciscit sibi à posteriore? D. Ponitur plurimum absolute: est enim uerbum neutrum absolutum: aut si quem casum post se admittit, duntaxat cum præpositione admittit. P. Admisit ne hic quemquam? D. Etiam. P. Quem? D. Ablatiuum cum præpositione de: est enim, non conquisisti de me. P. Quid autem est, Non conquisisti de me? D. Id est, de me sollicitus esse non desisti:

i 3

fisti:

Ac. : (G 183(2))



sijsti: mearum rerum satagere non cessasti: aut potius de me, id  
 est, propter me. P. Quot significata habet de? D. Circiter  
 septem. P. Age, dic. D. Primo significat materiam, ut, nunc  
 de prepo= disputamus de prepositionibus. Secundo significat à uel ex, ut  
 itionibus. emi domum de Petro, id est, à Petro. De pueris disce quis hoc  
 flagitium fecit, Sachez des enfans qui ha fait ceste meschancete.  
 Quasiui de Pompeio, id est, ex Pompeio. Clamat de uia, id est,  
 ex uia: & de fructu cognoscitur arbor, On congnoist l'arbre  
 a son fruit. Domum hanc de patre cōduxit extruendam. Il ha  
 prins a pris fait ceste maison de mon pere. Tertio significat  
 propter, Latine quidē: nā Gallicē ipsum de, auditur. Il est lassé  
 du chemin, Defessus est de uia. Il est fort ioyeux de ses enfans,  
 Latus est admodum de liberis suis. id est, propter uiam, propter  
 liberos, &c. Il uous aime fort de uostre Grec, Impense te amat  
 de literis Græcis, id est, ob, seu propter literas Græcas. La teste  
 me fait mal du uent, Caput mihi dolet de uento, id est, propter  
 uentum: auditur & Gallicē propter, hoc modo uidelicet, Il est  
 uenu une ambassade deuers l'empereur en France pour la paix,  
 A Casare in Franciam uenit legatio de pace, id est, propter pa  
 cem. Iay enuoyé mon garson chés le libraire pour changer ces  
 liures. Puerū nisi ad bibliopolā de libris istis cōmutandis. Quar  
 to significat secundū, seu pro. Il fait selon sa coustume, De mo  
 re facit, aut secundū morē. Cela ne se fera pas a ton plaisir. Non  
 id fiet de tua sentētia. Quinto Latine significat per, sed Gallicē  
 accipitur ipsum idem de. Je ne puis ueiller de nuit, De nocte  
 uigilare non possum. Latine id est, per noctem. Sexto perinde  
 significat de, ac si dicas, quantum ad, siue quod ad. P. Expone  
 exemplis. D. Quant à ce que uous mescripués de la pension  
 de uostre fils, uous scaués que les uiures sont chers, toutesfois  
 ie feray ce que uous uouldrés, De filij tui pensatione, non te  
 clam est, annonā quā sit cara, tamen quomodo tibi placuerit,  
 faciam. De uostre fils, il me semble ueoir en luy tels signes de  
 uertu



uirtu & engin que ie ne puis faire, que ie neffere de luy toutes choses souveraines, De filio tuo, ea uirtutis & ingenij signa uideor in eo perspexisse, ut nō possim, quin de illo summa omnia mihi promittam. Hic, de, ita exponetur, Quod attinet ad pensionem filij, qua de mihi scribis, &c. Et quantum attinet ad filium tuum, uideor perspexisse in eo, &c. P. Quid est, Non conqueisti de me nisi perfecta res? D. Non disijisti sollicitus esse & anxius propter me, quo ad effecisti, ut ab exilio reuocarer. Nihil cessauisti usq; ut me restitueres, inquit Cicero, significans Lentulum sua causa omnes labores excepisse, & nihil nō fecisse, quō suae dignitati restitueretur. P. Vnde sensum istum colligis? D. E uerbo conquiescere. Nam non quiescere, seu nō conquiescere dicuntur qui maxime studēt, & conantur aliquid. In id enim totos (quod dicitur) neruos intendunt, ut effectum dare queant quod cupiunt. Itaq; praecurarum multitudine nec dormire possunt, nec remittere animum, & tamen nusquam uidentur defessi, cum nihil sit actuosius illis, ut iure dicantur inquietes, siue inquieti: seu ita sunt ad malum, ut feroces, & cruces: seu ad bonum, ut grauissimi & uehementer studiosi. Contrā conquiescunt securi, & quibus nihil est obiectum, quod magno opere curent, qui de nulla re laborant. P. Ceterum quae utendi ratio? D. Quiescas, Quietus esto. Gallicè, Laisse faire, ne te soucie. Sex ego te totos menses quietum reddam, ne sursum deorsum cursites, ne ue usq; ad lucem uigiles. Ex Terentio. Gallicè, Je te osteray de peine ces six mois entiers, que tu ne courres tant ca & la, & ne ueilles iusque au iour. Item, Non prius quieuit, quā effecit illud, ut iuuentuti bonorum autorum lectione interdiceretur, Il na cesse, quil naie fait deffendre que les ieunes enfans naient a lire les bons auteurs. Non potest conquiescere de filio, Il ne peult auoir repos pour cause de son fils. P. Ergo quiescere etiam est Gallice cessare? D. Necessaire enim proprie est Gallicè demeurer, & tarder, ou arrester a  
i 6 faire



faire quelque chose, ut, Cesso cum adloqui, Je demeure trop de parler a luy. Nec est quod addas nimis. Cessamus ire ad coenam, Nous nous retardons daller soupper. At uero quiescere proprie est cesser. P. Da paradigma quodpiam. D. Do ex Terentio. Ut quiescant porro moneo, & desinant maledicere, Je leur conseille doreseuuant quils cessent & delaissent a dire mal des gens. P. Non etiã cessare significat Gallice cesser? D. Quidni? Ut desinant, id est, cessent: & non cessat clamare, Il ne cesse de crier. P. Nisi perfecta re, &c. Perfecta re, Quenam hic pars orationis exigit hos ablatiuos? D. Nulla. P. Nulla uerò. D. Nimirum quod nō aliunde pendeant. P. Quomodo igitur contexti sunt in hac oratione? D. Per se, & absolute. P. Quid hoc sibi uult absolute? D. Nempe quod per se habent sensum. P. Qui scis? D. Nam sic resoluuntur, nisi perfecta re, id est, nisi quum perfecisti rem, nisi dum, quoad, seu postquam perfecisti rem, id est, negotium, id est, illud effecisti, ut reuocarer. P. Ordina deinceps quintum colon. D. Quia, inquit, ego non efficio idem in tua causa. P. Quid in hoc pronomine ego, & in illo superioris mēbri tu, ita expressis, quid spectas? uidetur enim hic Cicero hoc illi uelut opposuisse. D. Videtur sanè, & ita est: satis enim apparet in eis exiniām quandam emphasim esse. Nam ut illud tu superius, ita hoc ego, multum habet ponderis, præsertim cum uerbo efficio: significat enim Cicero se magno conatu & molimine facere, quod Lentulus ipse sibi exoptabat & ambiebat: sed se non posse perficere, non enim posse id à senatu extundere, &c. P. Quid interest inter facio & efficio? D. Facere, est in opere esse: efficere uerò, est in effectum perducere, & rem perfectam dare. P. Dic Latine, Vous ne scauries faire, que les chiens tousiours nabayent apres ceulx qui ne congnoissent. D. Non efficias, ne canes semper adla- trent ignotos. P. Rursum, il a fait que ses gens ont le pro- ces dung bon benefice. D. Illud effecit, ut sui euicerint lite opimum

Facere.

Efficere.



optimum sacerdotium. P. Profer, siquid aliud habet elegantia,  
D. Il ha tant fait par sa fâcherie que en la fin son fils ha prins  
ceste fille, Odio suo efficit, ut filius tandem uirginem hanc du-  
xerit. Dicitur & effectum dare, pro efficere. Tu as beau faire, si Effectum  
ne feras tu pas cela, Facias satis licet, id certe effectum non da-  
re. dare.  
bis. P. Quid præterea è situ & collocatione uerborum hu-  
ius ambitus notandum ducas? D. Nempe orationem uerbo  
optime claudi, nam conuesti, efficio, putem, & quod in sequen-  
ti clausula est, oppugnat, in fine collocata sunt: quod ipsum, pro  
aurium iudicio imitari licebit. P. Quod aurium iudicium mihi  
narras? D. Id est, si compositio patiat. P. Quid dicis  
compositionem? D. Eam quæ est è numeris orationis, obser-  
uanda ab omnibus, qui ornate & uerè Latine dicere cupiunt.  
P. At enim non aperis, qui sint isti numeri. D. Res est diffi-  
cilior certe mihi, quàm ut possim: nisi ratio quædam est concen-  
tus, & ut sic dicam, quadrantie uocum in contextu & serie  
orationis. Nam & pedibus suis quibusdam certis oratione me-  
tiuntur oratores, & ad eorum modulos connectunt singula, quo  
congruunt maxime. P. Quomodo enarras illud, in causa tua?  
D. In negotio tuo. P. At uerò causa quid proprie significat? Causa.  
D. Rem quæ, ut in hoc loco, controuersiam habet in dicendo  
positam cum certarum personarum interpositione. P. Expo-  
ne Gallicè. D. Toute chose ou il ya a debatre & plaider pour  
quelcun: unde causa cadere, id est, perdre l'instance. Et causa Cedere cau-  
cedere, quitter le proces. Sed accipitur multis modis, ut pro sa.  
quadam defensione siue expurgatione, puta sic, Quam cau- Dicere cau-  
sam dices patri, quur à præceptore defeceris: id est, quomodo de- sam.  
fendes te de hoc, quod defueris præceptorem? Quam rationem  
& excusationem habebis? sic enim ineptè & illepidè uulgò  
dicitur. Tu ne te scaurois deffendre de cela, Nulla tibi esse pos-  
set de hac re causa: hoc est, Tu nen scaurois auoir aulcune ex-  
cuse. Quelle excuse trouueront ils? quæ diront ils pour leur  
deffense



deffense? Quam causam reperient, quam causam dicent? Dicimus præterea uenisse, Causam haud dicas, causæ nihil dicas, quin is sit profusus sui, id est, Vous ne scauriez dire le contraire, que cestuy la ne soit prodigue, id est, non possis inficias ire, non possis negare, concedas oportet, &c. Item pro recusare, & de tractare. Si tibi non soluero ad præscriptum diem, causam haud dico, quin me in ius uoces, Si ie ne te paye au iour dict, ie suis content que tu me fâces conuenir en iustice. Dicitur etiam, non causor, non causificor. Si ie te trouue menteur, es tu content de fire batu? Si te mendacij conuincio, nunquid causare, quin uapule?

Esse in causa.

Diuersum est, Non sum in causa, Ie nen suis pas en cause. Quod negotia malè gesseris, in causa est secordia tua. Quid causæ, quur non promoueas in literis? id est, quid uetat, quid prohibet? Il ny a rien qui me garde de uiure a mon plaisir, si ie uelx. Nihil causæ est, quur non obsequar uoluptati, si uidetur. Reperitur & causa pro conditione & statu: ut, In eadem sum causa, qua antea eram. Ce n'est pas tout ung de uous & de moy, Ego & tu non sumus in eadem causa. P. Iam tandem dic clausulam & periodum. D. Vt uitam mihi esse acerbam putem. P. Quis ordo est? D. Vt putem uitam esse mihi acerbam. P. Dic uerbum. D. Putem. P. Quur hoc in fine collocatum est? D. Quia uerbum eleganter ultimum locum orationis sortitur: quemadmodum paulò antè diximus. P. Quæ est eius constructio? D. Construitur cum oratione infinitiua, uitam esse acerbam mihi: eius enim hæc significatione explicat, itaque ei est uice appositi. P. Quidnam uocas appositum? D. Grammatici esse dicunt casum uerbi à posteriore: sicut nominatiuum ante uerbum personale finiti modi, suppositum. Infinitiuus autem, uel sine casu, uel cum casibus suis non raro adiungitur uerbo finito pro supposito (ut ita dicam) aut apposito: fungiturq; officio nominis: ut, Legere & non intelligere, negligere est. P. Cæterum quæ est natura infinitiui esse? D. Vt casum



casum post se habeat eundem, & similem ei, qui primus inueni-  
tur ante ipsum, quanquam precedente datiuo rectè post se reci-  
pit accusatiuum: ut, mihi licet esse diuitem, si uelim. P. Quid  
sibi uult acerbam? D. Insuauem, iniucundam, & plenam soli-  
tudine. P. Vitam mihi esse acerbam puto: quomodo hoc Gal-  
li uernaculè dicimus? D. Equidem sic ferme opinor, Je me  
fâche de uiure, que ie ne puis faire pour uous en uostre affaire,  
ce que uous aués fait pour moy au mien. Vt addatur illud, quo-  
niam non idem in tua causa efficio, &c. P. Perge rem exem-  
plis explanare. D. Igitur quod Gallicè dicitur, il luy ennuye  
de uiure, Latine non dubitabo dicere, uita est ei acerba, & for-  
tasse quod est apud Terentium, sese odit, Græci dicunt <sup>ὁλοβν</sup>  
<sup>τόν</sup> βίον: quasi quibus uita est acerba, uiuendo non uiuant. Vnde  
Cic. II. de Oratore: Nous ne pensons point que ce soit uiure,  
uiure sans l'estude de loquence: Sine his eloquentiæ studijs nul-  
lam uitam esse ducimus: uitam insuauem sine his studijs putamus.  
Quomodo hic uitam sibi acerbam esse ait, Metaphora à fru-  
tibus non maturis, tunc enim proprie dicuntur acerbi: Gal-  
licè etiam dicitur, Cela luy est bien aigre, Cela luy est bien  
amer, Hoc illi est oppidò acerbum, id est, ualde. Je suis tombé en  
inconueniens fort aigres & fâcheux, Impegi in casus mul-  
tum acerbos. Fit autem substantiuum multitudinis numero  
acerba acerborum, quomodo aduersa aduersorum. Tant  
dennuys & fâcheries tous les iours aduiennent de ce monde  
à l'homme, Tot quotidie acerba homini ex hoc mundo offerun-  
tur. P. Putare, quid propriè significat? D. Luxuriem  
quandam, id est, quæ redundant, & superflua sunt, refecare,  
ut putare uites dicimur, quum eis sarmenta abscindimus, Galli = Putare cum  
cè, tailler les uignes. Transfertur autem ad animum, & signifi- compositis.  
cat existimare: quod cogitando dum in id inclinat animus, quod  
in rem fore uidetur, cetera omnia rejcit. Accipitur interdum  
pro eo quod est, conferre rationem, subducere rationem, ponere  
calculum



calculus. Nam Plautus dixit, Putatur ratio cum argentario, On compte avec l'argentier. Hinc compositum ex eo est supputare. P. Dic aliquot alia ex eodem composita. D. Disputare, quod est differere de re quapiam. Il traite fort bien de ceste matiere, Optimè de hac re disputat. Deputare, id est, censere. Reputare, id est, considerare. P. Ex his texe orationem. D. Cum mecum reputo, quanta me necessitas eius hominis mores perferre cogat, non deputo quenquam usquam gentium esse aequè miserum ac me, id est, Quant ie pense a moy mesme combien me st force d'endurer cest homme la qui est si terrible, ie ne pense point quil y ait homme au monde ou il ayt si grant pitie quen moy. P. Ex reputo fit ne reputatio uerbale nomen? D. Quorsum istud? P. Num rectè dicatur, Ipse est bonæ reputationis, ubi Gallicè dicitur, Il est de bonne reputation? D. Minimè: sed dicendum est, bonæ existimationis. P. Rectum ne est, Deputauerunt custodes, id est, Ils ont deputes pour gardes, &c. D. Non, sed Praefecerunt custodes. Terent. Chream ei rei praefecimus. Destinarunt custodes: aut, designauerunt etiam: aut, constituerunt. P. Vt, hoc loco unde pendet? D. Ex superiore nomine tanta. P. Licuisset ne auctori dicere, Tanta quod, quemadmodum uulgus ferè solet? D. Non. P. Quid causæ est? D. Quia post tam, tantus, talis, adeò, tot, sic, ita: & post uerba rogandi, iubendi: item post facio, efficio, fio, timeo, uereor, metu, sequitur ut, non quod: ut, Tam segnis est, ut ad opus exire nolit, il est si paresseux, quil ne ueult aller a la besongne. Nul lum tam impudens mendacium, ut teste careat. Tanta est magnitudo. er. me offi. ut, &c. Talis fuit, ut cum eo nemo durare posset. Adolescentula est uultu adeò modesto, adeò uenusto, ut nihil super. Tot mala ubiq; sunt, ut quò te uertas, tibi prorsus incertum sit. Sic deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret. Ita doctus est, ut ne legere quidem sciat. Post uerba rogandi. Orat te, ut ad se uenias, Te precor, ut ne uelis mihi aduersari



uersari, Obsecro, obtestor, ut te inopis miserecat mei. Discipuli  
 rogant, ut sibi ego prælegam libros Rhetoricorum. Post uerba  
 iubendi. CHRISTVS ait, Hæc mando uobis, ut diliga-  
 tis uos inuicem. Interdico tibi, ne puerum extulisse extra ædes  
 usquam uelis, Ie te defens, que tu ne soyes si hardie de porter  
 lenfant en lieu du monde hors de la maison. Edico uobis, ut ne  
 quoquam efferrî sinatis, aut, edico uobis, ne, &c. simpliciter,  
 Ie uous commande que ne souffres quil soit porté en lieu quel-  
 conque. Non iussi, ut hoc faceret. Post reliqua uerba. Feci, ut ad  
 te scriberem. Siquid est, quod mea scire intersit, fac ut sciam. Non  
 efficies, ut sint meliores. Cum nullam des literis operam, sit ut  
 nihil sit mirum, si oratione imperitus es. Post uerba timoris: ut,  
 significat ne non. Vt, Metuo, ut substat hospes. Vereor, ut firmæ  
 satis sint nuptiæ, id est, ne non. P. In his omnibus, Vt quæ  
 pars orationis? D. Coniunctio. P. Cuius potestatis? D.  
 Causalis puto. P. Rectè, quæ est eius natura? D. Adsciscit  
 uerbi subiunctiuum modum, P. Exemplum. D. Iussisti, ut  
 facerem. P. Non Latine diceretur, Iussisti, ut faciam? D. Qui-  
 busdam non uidetur. P. Quur non uidetur? D. Quia præ-  
 cedente uerbo (inquiunt) præteriti temporis, ut coniunctionem  
 excipit, & sequitur uerbum subiunctiuum præteriti imperfecti  
 temporis. Præcedente uerò præsentis temporis uerbo, ipsi eidem  
 ut, subiicitur præsens subiunctiuum. P. Hoccine est catholicum?  
 D. Non censes? P. Non equidem. D. Quamobrem quæso?  
 P. Quia nec id semper obseruatum est, & ratio nonnunquam  
 exigere uidetur, ut aliter fiat, ut apud Terent. in Eunucho: Ita  
 conturbasti mihi rationes omnes, ut eam non possim suis, ita ut  
 æquum fuerat, atq; ut studui, tradere. Nam quæ loquitur Thais  
 illic non potius, opinor, dicat, ut eam non possem reddere. Sed  
 quod id ut donemus usitatum esse, tamen non sit ubique nec sem-  
 per obseruatum, ex eodè Comico fiet manifestum. Qui itidem in  
 ea ipsa Comœdia ait: Nunc mihi hoc negotij ceteri dedere, illum  
 ut quæram



ut quæram. Non ait, illum ut quærerem. Et in continuo sequenti scena: Submonuit me Parmeno ibi seruus, ut uestem cum eo mutem, & pro illo iubeam me ducier. Vides, hic etiam nec mutarem, nec iuberem dixit: & ne causificeris potam esse, Liuius item in præfatione primi: Res est, inquit, quæ ab exiguis profecta inijs eo creuerit, ut iam magnitudine laboret sua. Nec eo ita quadrasset, ut magnitudine laboraret sua. Præterea post ut, licet subijcere etiam præteriti perfecti subiunctiuum. Sueto. in August. Tantis perterritis minis, ut is se præcipitaret. Tit. Liuius in primo: Subito coorta tempestas, tam denso regem operuit nimbo, ut conspectum eius concioni abstulerit. Plusquam perfecti etiam. Quis enim rectum esse neget? tam stultus, & indolens erat, ut etiam monachus huius seculi esse potuisset. Quid quod etiam si præsentis temporis uerbum præcesserit, post ut, poni potest subiunctiuum præteriti temporis imperfecti? Cicero. in Quintiana: Iste postulat, ut procurator iudicatum solui satisficeret. Itē inibi: Ita disceditur, ut Idibus Septembris Publium Quintium sisti Sextus Alphenus promitteret. Et paulo post: Ita in utroque excellunt, ut nemo nostro loco natus assequi posset. P.

Vt. Quot modis usurpatur ut? D. Multis. P. Planum fac. D. Primò pro postquam, & tunc iungitur indicatiuo. exemplum sit: Ut ab urbe discessi, nullum intermisi diem, quin aliquid ad te literarum dederim, id est, postquam. Pro quemadmodum uel sicut, idq; rursum cum indicatiuo, Ita faciam, ut iubes, Credo, ut est impudens, id sibi arrogabit. P. Mane parumper: Est etiam in ut, nescio quid peculiare, quod non admodum diuersum uideri queat ab isto tuo postremo exemplo. Nam quomodo Latine dicas, Il est homme asces docte pour ung homme de France? D. Vir ut in Gallia, literis satis eruditus: quemadmodum dici posse opinor, Alexander ut temporibus illis, non malus auctor fuit, Lalexander pour ce temps la na point este manluais auteur. P. Sat habeo: persequere quod restat. D. Igitur tertio accipitur



accipitur pro quàm, quod significat quantum, ueluti, ut ferox est: id est, quàm ferox. Quarto, pro quomodo interrogatiue, & his duobus proximis modis non intuemur discrimen modorum, ut uales? ut ualuisse? ut fecerit, nescio, ut declinatur? & dic ita ut dixisses. Quinto pro quamuis, Vt desint uires, tamen est laudanda uoluntas. Præter hæc ut, est aduerbium similitudinis, Vt homo est, ita feras. Vt mores sunt, ita fortuna respondet. Quadrat & superlatiuis, præceptore Valla, Vt quisque maxime placet mundo, ita est nequissimus. Est & imprecatorium: Vt omnes antichristos deus perdat. Que male fin puisse tu faire, ne me croiras tu pas? Vt te Deus perdat, non eris mihi dicto audiens? Vt tibi sit male. Inaudita Latinus sunt illa, quod diabolus possit te importare, quod febris possit te religare, & cætera similia. P. At tu mihi adulescentule, caueto, si quid

Deum reuereris, talia ex te audiantur unquam. In-

terdixit dominus noster CHRISTVS ne cui

malediceremus unquam, aut imprecare-

mur: sit omnis oratio nostra Chri-

stianis digna. D. Curabitur ob-

seruande præceptor. P. Su-

pereſt ne quicquam

quod uideas, de

hac perio-

do? D.


Nihil puto: excusamus omnia.

F I N I S.















*Ejusdem Pelissonis  
Rudimentum prima  
Latinae Gramma-  
ticae.*

*Nicolaus Perotti  
Grammatica cum  
libris Perotti De  
Vulgari sermone.*

ALVENSLEBEN

Cb

183















Jean Pellisson


R V D I M E N  
T A P R I M A L A T I  
N A E G R A M M A  
T I C E S,

IOANNE PELLISSONE  
CONDRIENSI  
AVTORE.

Modus examinandæ Constructionis in  
oratione, per eundem.



V I R T U T E D V C E,



C O M I T E F O R T V N A.

L V G D V N I A P V D S E B.  
G R Y P H I V M,  
1 5 3 8.

